

OO
VINCIAL

problemas

8

TOLEDO
BIBLIOTECA PROVINCIAL

Sala *Reservada*
Número *838*

T. 147817
C. 1195842

R 376172

~~Capilla / 5 puntos~~

8-02-13-3

APHTHONII
SOPHISTAE PROGYMNAS-
MATA, HOC EST, PRIMAE APVD
Rhetorem exercitationes,
Francisco Scobario
interprete.

Quibus accessit eiusdem de fabula com-
mentatio, & quarundam exercita-
tionum exempla.

*Ad Consules ciuitatis
Barcinonensis.*



BARCINONE,
Excudebat Claudius Bornatius.

1558.

APPELLATION

SOPHIAE PRINCEPS

REGNI

FRANCORUM

PARISIENSIS

Quibus accedit

liberum

statutum

Ad Constitutionem

Parisiensem



PARISIENSIS

UNIVERSITATIS

BARCINO
NENSIS REIPV-
BLICAE CONSVLIBVS

VIGILANTISSIMIS FRANCIS

CVS SCOBARIVS.

S. P. D.



Vperioribus
mensibus, cū
mihi morbi
peruicacia vo-
cem, ac vires,
non tamē iu-
uandæ iuuen-
tutis cupidi-
tatē ademif-
set, Consules
vigilātissimi,
statui ex eo tempore sarciendo amissæ
orationis incommodo, quandiu vitæ ali-
quid in me superesset, nauare, & commen-
tari semper aliquid, quo & prodesse pos-
sem iuuentuti, & de vestra magnificentia

A 3 ac

ac repub. bene mereri. Nam & vobis, quorum beneficentia tēpore difficillimo subleuatus essem, non aliquam saltem grati & memoris animi significationē dare, iniquum admodum & impium mihi videbatur: & vnde toto vitæ cursu mea commoda comparassem, non eodem quicquid in me esset facultatis refundere, hominis esse iudicabam improbi, & ingrati, & à communi hominum societate vitæque abhorrentis. Quærenti mihi igitur quidnam operis possem suscipere, iuuentuti quidem fructuosissimum, meis autem viribus minime impar, ecce Aphthonii Sophistæ progymnasmata sese obtulerunt instituto meo accommodata adeo, nihil vt prius mihi suscipiendum putarim. Est enim corpus quidem ipsum opusculi perpufillum, vt veluti fretū breui traiectu tranari queat: sed tamen, si vtilitatem spectes, mare spatiosissimum, quod varias regiones longe latēque alluit: tranquillum tamen, & pacatum: vt in eo vel ab imperitis nautis nauigari possit sine periculo, discique ars nauigandi. Continet enim rhetoricarum
exerc

exercitationum genus, quod sua facilitate
iuuentutem velut manu ducit ad struen-
dam formandamque orationem. Et quan-
quam leue est discentibus rudimentum,
præcipua tamen oratoriæ facultatis orna-
menta complectitur. Quo lubentius eius
è Græco conuersionem suscepimus, ne de-
formata eius libelli facies cupidum elo-
quentiæ lectorem ab eius studio remoue-
ret. Neq; verò me ab instituto versio quæ-
dam deterruit, quæ circumferebatur Ro-
dolphi Agricolæ magnifico sane & plausi-
bili nomine. Adeo enim plerisque locis
parum Latina est, & à Græco tam fœdè ab-
errat, vix vt credam Rodolphum Agrico-
lam virum eruditissimum eam conuersionem
legisse vnquam, nedum attigisse. Ita-
que haud mirum si Maria quidã Cataneus
Aphthoniũ castigatis, vt ipse profiteatur, in
numeris locis ediderit. Iam vero castigatio-
ne ea cõtentus fuissẽm, si vel boni interpre-
tis seruata fide cum auctoris sensu congru-
eret, vel emendatoris frustra versioni in-
termixta non centonum rhapsodiam effi-
cerent potius, quam orationem æquabilẽ,
quam

quam quidem studiosus eloquentiæ adolescens scribendo posset imitari. Quamobrem cum iniquo animo paterer libellum iuuentuti admodum necessarium Latini sermonis venustate adhuc carere, animū ad eius versionem commentationemque adieci. Versionem vt ad vmbilicum perducerem fuit aduersa valetudo: commentationem itē minime fuit. Nam me in fabulæ meditationem ingressum, vel ad finē eius progymnasmat̄is progressum potius, tanta vis morbi oppressit, vt spem omnē cum conatu de manibus extorserit. Cessi igitur victus morbi magnitudine, & cœptam commentationem inuitus abieci. Cū autem in Aphthonio à Græco conuertendo, & commentatione fabulæ tantum studii collocassem quantum vix vnquam vlla alia in re, non potui quin de eius libelli editione cogitarem. Cudi igitur curavi tanta diligentia, quantam maximam adhibere potui morbo doloribusque confectus: vt siquid mendi præter ea que à nobis post editionē sunt animaduersa, forte reperietur, eneruata morbi magnitudine

attentioni æquum fit tribui. Iam vero cū
hoc quicquid est lucubrationis vtilitatis
publicæ causa susceptum sit, vtque grati in
nobilissimam hanc ciuitatem & memoris
animi testimonium aliquod extet publicis
consignatum literis, vt in vestro nomine
appareat, longè æquissimum est: vt quorū
coeptum est auspiciis, eorum auctoritate
munitum, mordicantium respuat calum-
nias. Quamobrem hoc munusculi, quādo
maiora dare prohibet valetudo, magnifi-
centissimo nomini vestro dicamus, vosq;
obnixè oramus, vt in lucem vestro septū
nomine exire patiamini: vt cum omnes in-
telligent vtilitatis publicæ amatores vo-
bis placere, nostram industriam probent,
ipsi maiore conatu & studio quam nos, iu-
uentutis commoda persequantur. Valete
patres reipublicæ vigilantissimi.

Privilegi.



B privilegi del Rey nostre senyor dat en la uila de Montso a deu dies del mes de Setembre any de la natiuitat de nostre senyor Den Iesu Christ. M.D.LII. Es permes a mestre Francesch Scobar doctor en arts, y en medecina, ciutada de Barcelona, que pugua liberament totes, y qualseuol scholias, y annotations a ell ben uistes fer, ajustar, y scriure en qualseuol libres, y losdits libres stampar, o fer stampar per ell, o per altri: e aquells liberament uendre o fer uendre: inhibint a a totes, y qualseuol persones que per spay de deu anys del dia dela data del dit privilegi, en auant contadors no gosen dins lo present principat de Cathalunya, ny comptats de Rossello, y Cerdanya imprimir los dits libres, en que haura posades dites annotations, scholias: ni los dits libres, en que dites scholias o annotations haura posades en altra part imprimits uendre sens licentia e uoluntat del dit mestre Francesch Scobar sots pena de Mil florins de Arago als cofrens reals applicadors: y los dits libres totalment perduts y confiscats.

APHTHONII SOPHI-

STAE PRIMAE APVD

Rhetorem exercitationes Francisco

Scobario interprete.



FABVLA à poëtis quidem emanauit, sed quòd ad eas cohortationes quæ de moribus institui solent, coepta est adhiberi, Rhetorum quoque communis facta est. Fabula falsa est illa quidem, sed tamen veritatem veluti simulachro quodam adumbrans. Nuncupatur autem tũ Sybaritica, tum Cilix, tum Cypria, nominibus iuxta inuentorum varietatem permutatis. Euicit tamen vt AEsopica appellaretur: quòd AEsopus optimas omnium Fabulas cõscripserit. Fabule autẽ quiddam est rationis particeps, quiddam moris, quiddam vtriusq;, quod mixtũ sanẽ

Fabulæ origo.

Fabulæ definitio.

AEsopi fabulæ optimæ quia hominũ vitæ utilissimæ.

Fabulæ partitio.

A appel-

appelletur. Et rationis quidē parti-
 ceps id dicitur, quo facere quippiā
 hominem fingimus: moris autē, in
 quo animalium ratione carentium
 mores imitamur: mixtū, quod vtro
 que constat, & particeps rationis, et
 experte. Sed praeceptum cuius gra-
 tia fabula pertexitur, siquidem ei
 praeponueris, προμύθιον, id est praefabu-
 lare, si postponueris, ἐπιμύθιον, id est
 subfabulare, rectē appellaueris.

Fabulae pars
 secunda, quae
 similitudinis
 est apodosis,
 hoc est, ad in-
 stitutum ac-
 comodatio.

EXEMPLVM FABVLAE.

Fabulae nar-
 ratio.



Estatis ardor increuerat,
 cum cicadae incitatum
 carmen contentis voci-
 bus sustollebant: formi-
 cis autem nauare operas, ac fructus
 colligere, quibus hyeme vesceren-
 tur, curae erat. Cum hyems adue-
 nisset, his partae laboribus fruges pa-
 bulo

Secundū nar-
 radi mēbrū:
 quod positū
 est in tēporis
 circūstantia.

bulo fuere, illis oblectatio in miseram in mediam recidit. Sic iuuentus ineunte ætate labores detrectans, ingrauescēte, vitā agit ærumnosam.

subfabula-
re.

DE NARRATIONE.



Legema, id est Narratio, expositio est rei gestæ, aut veluti gestæ: idq; à diegesi differt, quod poëma distat à poësi. Est enim vniuersa Ilias poësis, armorum autem Achillis adornatio, atq; instructio poëma putandum est. Narrationis autē pars quædam est Dramatica, quædam Historica, quædam Ciuilis. Dramatica dicitur, quæ tota ficta est: Historica, quæ veterem aliquā memoriam complectitur: Ciuilis, qua Oratores in ciuilibus contentio- nibus viuuntur. Atq; in Narrationē

Ex hoc discrimine, collige narrationē nō accipi pro toto corpore historię, sed pro expositione facti, aut euentus alicuius.

Narrationis distinctio.

LIBLIOTECA
DE

In narratio-
nē sex incur-
rūt circūstan-
tiæ, tanquam
narrationis
partes, & ve-
luti mēbra.

sex ferè incurrūt: Persona quæ rem
geſſit, Res geſta, Tempus, ac locus
quo geſta res eſt, Ratio rei gerendę,
cum Cauſa, ob quā quidē geſta eſt.
Virtutes autē Narrationis ſunt qua-
tuor: vt dilucidē, vt breuiter, vt pro-
babiliter, vt latinē caſteq; dicatur.

EXEMPLVN NARRATIONIS.



Persona: &
cauſa.

Narrandi fe-
ſtiuitas in an-
tithetis.

Secūda cau-
ſa, et ſecundū
membrū nar-
rationis.

Viſquis roſæ decorē mi-
ratur, Veneris ſecū repu-
tet vulnus. Amabat dea
Adonidem: Mars contra
eius amore ardebat: quodq; Mars e-
rat Veneri, id erat Adonidi Venus.
Deus deperibat deam, ac mortalem
dea ſequebatur. Erat affectus con-
ſimilis, tametiſi discrepabat genus.
Cū autem zelotypia Mars labo-
raret, Adonidem de medio tollere
cogitauit: ratus Adonidis interitum
amoris

amoris fore solutionē. Sauciat itaq; Mars Adonidem. Quo cognito, dea vim vt propulsaret, adproperabat. Sed cum festinandi studio in rosam irrupisset, in spinas impegit, quarū aculeis planta pedis eius perstricta est. Qui autē è vulnere effluxit cruor, rosam suo colore infecit. Sic rosa, quæ initio alba fuerat, in eū colorem, quo nūc cernitur cōuersa est.

Tertium nar-
rationis mē-
brum, in quo
explicantur
effectus.

Apodosis
propositio-
nis apte nar-
rationem con-
cludens.

DE CHRIA.



Chria brevis est alicuius memorabilis dicti facti-
uē commemoratio, scite
quampiam ad personam
id ipsum, quod commemoratur, re-
ferens. Ea quòd sit utilis, Chria no-
minatur. Chriæ autem pars quædā
oratione cernitur, quædā actione,
quædā mixta est. Et oratione quidē

Chriæ defi-
nitio.

Nominis ra-
tio.
Chriæ par-
titio.

ea cerni dicitur, quæ utile quippiã explicat oratione: vt, Plato virtutis ramos sudore laboribusq; feri dicebat. Actione autem, cum aliquid agi significatur: vt, Pythagoras interrogatus quàm longa esset hominum vita, cum temporis momento palam prodijisset, subito se spectantium ex oculis eripuit: breui intuitu metiens hominum vitam. Mixta autem, cum vtroque constat, & oratione, & actione: vt, Diogenes cum puerum lasciuientẽ vidisset, pædagogũ percussit, atq; addidit: Quid enim sic puerum instituis? Et Chriq; quidem hæc est partitio. Eam autẽ his capitibus expolies: Laudatione, Expositione, Causa, Contrario, Similitudine, Exemplo, veterum Testimonio, & Epilogo.

EXEMPLVM CHRĪAE.

Isocrates doctrine radices amaras esse
dicebat, fructus uero dulces.



Ar est Isocratem artis oratoriae nomine suspicere: qui nomen ei clarissimum pepererit, quamq;

A laudatione.

esset praecleara, docuerit eam exercendo. Et ab eo quidem etiam nunc praeconium arti tribuitur: at ipse haudquaquam est artis praconio nobilitatus. Quantas autem hominum vitae utilitates attulerit: seu

Vt in orationibus ad Demonicum, ad Nicoclem, & plerisque aliis.

regibus imperij gerendi rationem praescriberet, seu priuatos officij sui commoneret, longum admodum esset recensere. At quænam est de

Ab expositione.

doctrina commentatus? Quisquis, inquit, literarum, humanitatisq; amans est, à laboribus auspicatur ille

quidem, sed laboribus tamen, qui
 in vtilitatem ac fructum definunt.
 Hæc ille commentatus est: quæ nos
 ijs quæ subinde dicentur, admira-
 bundi expendemus. Literarum enim
 studiosi disciplinæ ducibus velut in
 societatem coniunguntur: ad quos
 & accedere formidolosum, & eo-
 rum consuetudine abstinere singu-
 laris inscitia est. Pueros præsentem
 futurosque semper incessit timor.
 Præceptoribus pædagogum succedunt
 aspectu ipso terribiles, sed cum ver-
 beribus cædunt, terribiliores. Peri-
 culum autem præcurrit metus, &
 metum excipit animaduersio. Enim-
 vero puerorum errata grauibus ple-
 ctunt supplicijs, rectè facta tanquam
 ijs propria, innataque iudicant. Iam verò
 pædagogis morosiores sunt patres:
 qui

A Causa.
 Causarum enu-
 meratio, cur
 amaræ doctri-
 næ radices, con-
 uictus insua-
 uis, metus,
 verbera, pa-
 trum seueritas.

qui quocunq; eunt liberi, diligēter
 exquirunt, obuios progredi cogūt,
 publicum suspectū habent: cū ani-
 maduersione opus est, naturę obli-
 uiscuntur suæ. Sed tamen his rebus
 exercitus puer, cū ad virilē ætatē
 peruenit, virtute coronatur. Quòd *A contra-*
 si quis hæc reformidans fugerit præ- *rio.*
 ceptores, à parētibus sese proripu-
 erit, pædagogos fuerit auersatus, næ
 ille literarum spoliabitur cogniti-
 one, simulq; cum metu eruditionē
 quoq; amittet. Hæc nimirum om-
 nia Isocratem in eam mentem im-
 pulerunt, vt doctrinæ radices ama-
 ras nuncuparet. Quemadmodum *A simili.*
 enim agricolæ non sine magno la-
 bore terræ semina mādant, sed me-
 tunt maiore cum voluptate, pari
 quoq; ratione doctrinæ auidi glo-
 riam

*Ab exem-
plo.*

riam laboribus adepti sunt ad po-
steros euasuram. Demosthenis vitã
inspicito, qui sicut præ cæteris ora-
toribus laboris amans fuit, sic etiã
gloria reliquos omnes facile supe-
rauit. Nam & studio adeo abunda-
uit, vt capitis ornamentum sibi ad-
emerit, partum virtute decus om-
nium existimans longè pulcherri-
mum: & laboribus ea consumpsit,
quæ cæteri in voluptates insumunt.
Quamobrem dignus est prædicati-
one Hesiodus, qui cum asperã vir-
tutis viam diceret, cacumen verò
molle, eandem atque Isocrates sen-
tentiam est commentatus. Hesio-
dus enim viam, radicem Isocrates
nuncupauit: varijs nominibus ean-
dem vterq; sententiam exprimens
Quæ quidem mentis acie intuen-
tem

*A testimo-
nio.*

tem, Isocratem opus est miris lau- Epilogus.
 dibus efferre, de doctrina pulcher-
 rimè commentatum.

DE SENTENTIA.



Sententia, oratio est inter Sententiæ de
finitio.
 effata summam quãdam
 complectens, suadēs ali- Sententiæ di-
uisio.
 quid, aut dissuadens. Sen-
 tentiarum autem alia cohortatoria
 est, alia dehortatoria, alia enūcians.
 Item alia simplex, alia cōiuncta. Itē
 alia probabilis, alia vera, alia superās
 fidē. Et Cohortatoria quidē, vt hæc:
 Cùm hospes adest, colere, at cùm
 vult, dimittere oportet. Dehortato-
 ria, vt hæc: Stertere perpetuam non
 dignum est principe noctem: Enū-
 cians, vt: Pecuniis opus est, neq; sine
 ijs quicquam quod facto opus sit,
 queas perficere. Ac Simplex quidē

vt

vt hæc: Vna auis optima pro patria
 pugnare tuenda. Coniuncta autē vt:
 Cōplures regnare malū, rex vnicus
 esto. Probabilis autem vt hæc: Talis
 quisq; est, quales ij, quorū consuetu-
 dine delectatur. Vera vt, Vitā haud
 inuenias omni vacuā molestia. Quæ
 superat fidē vt: Nihil homine imbe-
 cillius tellus alit. Atq; hæc quidē est
 Sententię diuisio: quā iisdem capiti-
 bus expolies, quibus Chriam: Lau-
 datione, Expositione, Causa, Con-
 trario, Similitudine, Exemplo, vete-
 rum Testimonio, et Epilogo breui.
 Distat autē Chria à Sententia, quòd
 Chria interdum actione cernitur,
 Sententia autē in dicto semper po-
 sita est: quodq; Chria persona sem-
 per indiget, Sententia autē seposita
 persona etiam profertur.

Chria perso-
 næ dignitate
 maxime pen-
 ditur, ex cu-
 jus dictis, aut
 factis capi-
 mus aliquam
 ad vitā utili-
 tatē: at sentē-
 tia vi sua ac-
 pōdere æsti-
 matur.

EX-

EXEMPLUM SENTENTIAE.

*Præcipitem te Cyrne iugis demittito ab altis
A Equor in immensum, pauperiem fugiens.*



Oësim incusari minimè
siuit Theognis: qui p eo
vt fabulas narraret, præ-
cipiendi genus excoluit.

*A lauda
tione.*

Etenim cùm à poëtis videret fabu-
larum narrationem in pretio habe-
ri, præcepta vitæ bene instituendæ
versibus complexus est, versus non
modo seruata venustate, sed præ-
cepti etiã utilitate adiuncta. Et per-
multa quidem in Theognidis lau-
de meritò quis posuerit, sed illud
tamen imprimis, quod de pauper-
tate philosophatus est. Ecquidnam
quæso dixit? Qui degit in pauper-
tate vitæ mortē præoptet: cùm sa-
tius sit è vita migrare, quàm solem
habe

*Coniuncta
cum utilitate
venustas læ-
datur.*

*Ab expo-
sitione.*

habere sui dedecoris testem. Hæc ille philosophatus est: quam autem rectè, videre per facile est. Ac primum, qui in paupertate vitã degit, colendę virtuti in pueritia minime assuefcit: cùm autẽ virilis ętas accerserit, atrocissima quæq; admittet. In legationibus enim obeundis patriam pecuniæ causa exteriorũ proijciet libidini: in concionibus vocẽ quæstui habebit: calculum in iudicijs addicet largitioni. At verò qui non sunt egestati obnoxii, omnibus reipub. muneribus splendide perfunguntur: seu in solenni festorum celebritate ludos præbeãt, seu in onera bellica pecuniam erogẽt. Ac quemadmodum qui artissimis sunt vinculis deincti, vinculorum astrictione ab omni actione prohiben-

A causa.

A cõtrario.

A simili.

hibentur, sic qui degunt in paupertate, quo minus liberè loquantur, alligantur inopia, atq; impediuntur. Fac Irum tibi subiicias, atque apud animum tuum proponas: qui tametsi vnus de Ithacensium numero fuit, communem tamen cum cæteris ciuibus impunitatis securitatem non habuit, eoq; deuenit egestatis, vt cum inopia appellationem commutarit. Cum enim Arneus antè appellaretur, post Irus, id est pauper, vocari coepit: ex famulatu id cognomen fortitus. Sed quid necesse est Irum à nobis proferri? Ulysses ipse, qui Ithacensibus imperabat, ditionis suæ solū ingressus, postquam pauperis formam, personamq; induit, incommodorum, quæ secum fert paupertas, expers minimè fuit. Domi enim

suæ

Ab expelo

Aliud exemplum.

sux iactatus est, & ab ancillis ebrius
 redditus. Adeo vel sola specie, & si-
 mulatione grauis est paupertas.

Exclama-
 tio.

A ueterum
 testimonio.

Euripidem igitur par est à me lau-
 dari, qui nihil habere malū esse di-
 xit, fieriq; non posse, vt nataliū cla-
 ritate paupertas leuetur. Quamo-
 brem quī potest pro dignitate lau-
 dari Theognis, qui de paupertate
 talia sit philosophatus?

Ab Epilo-
 go.

DE REFUTATIONE.

Refutationis
 definitio, &
 natura.



Refutatio est cuiuspiā rei
 propositæ inuersio. Re-
 futari autem minimè de-
 bent, quæ aut valde aper-
 ta sunt, aut fieri omnino nequeunt,
 sed quæ medio habent modo. Qui
 autem refellere aliquid aggrediun-
 tur, eorum opus est proferant ca-
 lumniam, qui dixerunt: deinde rei pro-
 posi

Refutandi des-
 criptio. &
 præcepta.

positionē adiungant, atq; hisce capitibus vtantur. Obscuro primūm, Incredibili deinceps, et Impossibili, & Dissentaneo, & Indecoro: postremo Inutili. Hoc verò rhetorices præludium vim omnem artis in se complectitur.

REFUTATIONIS EXEMPLVM.

Non esse verisimilia quæ de Daphne, id est, Lauro dicta sunt. sumitur autem exordium ex eorum qui dixere calumnia.



Oētis aduersari abs re profecto foret, nisi ad comparandam aduersus se contrariā orationem nos ipsi perpellerent: cūm in deos res huiusmodi primi fabulentur. Nam quis non iniquum duxerit deorū ab iis rationem nullam habitam, eorum autem à nobis aliquam haberi? Equidem grauitē, &

Exordium ex poëtarū calumnia.

B ini-

iniquo animo tuli deos omnes probris conuitijsq; iactari: sed Apollinem potissimum, quem illi artis suę ducem, auctoremq; esse voluerē. Nam quæ de Apollinis Daphne fabulati sunt? Daphne, inquiunt, ex terra & Ladone prognata est, Quæ cū puella esset forma egregia, sui amore Apollinem accēdit. Is autem amore ardens eam insequēbatur: nec insequendo tamen eam est assecutus: sed cū gremio eam terra excepisset, florem puellæ cognominē reddidit: estq; Apollo mutatæ corona redimitus, & planta Tripodi pythio ornādo corona apposita, ob eū amorem quo mortalem puellā Apollo quondā adamarat: capreo- lus autem artis poëtices indicium factus. Hæc quidem illi fabulati.

Expositio.

Quæ

Quæ quemadmodū dilui possunt, ex iis quæ continenter dicētur, licebit cognoscere. Daphne Ladonis factu, terræq; conceptu generata est.

Quo generis argumento? Nam ea homo fuit: illi autem natura prædicti erant, ab huius natura perquā diuersa. Iam verò Ladon quī terræ tādē copulatur? Num quod eam fluctibus inundet? Quin igitur omnes fluiui terrę mariti appellentur: terrā enim æque omnes inundant.

Iam si è fluiuo nata est, utiq; ex homine fluiuis gignetur: succedendi enim vices progenitores arguunt.

Quid autem fluiui & terræ nuptias appellant? Sunt enim nuptiæ eorū, quæ prædita sunt sensu: terra autem naturā non est in iis quæ sentiunt.

Aut igitur Daphnen in fluctibus

Ab obscuro.

Ab incredibili.

versari cogitandum est, aut Ladon
 hominis forma statuendus. Sed sit
 ita sanè. Daphnen è terra et Ladone
 procreatam poëtis concedamus.
 Quæro puella partu in lucem edita,
 apud quos educata sit? Et si enim iis
 ortum concessero, ipsa tamen edu-
 catio eo euadit, vt fieri minimè pos-
 se videatur. Etenim puella vbinam
 ætatem egit? nimirum apud eũ, qui
 genuit. Et quisquam hominum in
 fluuio vitam degere sustinet? Nes-
 ciebat pater se citiùs eam suffoca-
 re fluctibus, quàm fluxionibus ir-
 riguis enutrire. Atenim puella sub
 terra apud matrem educata est. La-
 tuit igitur: & spectatore caruit, si-
 quidem latebat. Cuius autem erat
 in abdito pulchritudo, eius certè a-
 mor excitari gigniç; non potuit.

Sed

*Ab impos-
sibili.*

*A dissen-
taneo.*

Sed hoc quoq; si placet poëtis largiamur. Quæro Apollo quî amarit? quî naturam suã adulterarit? Amor omnium infestissimus est. Diis autẽ acerbissima quæq; suo testimonio tribuere, singularis est impietatis. Etenim si dii quibuslibet morbis obnoxii sunt, ecquid erit in quo mortalibus antecellant? Si amoris sævitiam sentiũt, quid inter eos intererit atq; hominum vulgus, cùm rem omnium ferant longe laboriosissimam? Sed neq; in diuinam naturã cadit affectus, neq; amasse Apollo vnquam visus est. Age verò sectatus puellam Pythius à mortali cursu quî victus est? præstant mulieribus viri: & fœminæ potiores quàm dii partes tulere? Mortalibus inferior, atq; humilior fœmina quî ob-

*Ab inde-
coro.*

B 3 secro

secro diis superior euasit? Puellam autem fugientem ec quid mater excepit? Num quod nuptiæ in rebus malis ducendæ sunt? Quonam igitur modo extitit mater? At sunt in bonis. Cur igitur filiam bono priua uit? Aut igitur mater minimè fuit, aut si fuit, improba censetur fuisse. Deinde cur terra iis quæ fecisset, contraria faceret? Offendebat scilicet Apollinem cum filiam serua ret: cum proferret leuationem animi ac solatium afferebat. Solarine cesse nihil erat, siquidem eum exercere decreuerat. Postremò corona cur deus ornatus? planta autem Tripodi apposita? voluptatem enim capreolus arguit: virtutem diuinatio nota certissima testatur. Quî obse cro Pythius ea cõiũxit, quæ minimè

nata

Dilemma,
quod utrinque capit.

Ab inutili.

nata sunt inter se cōmisceri? Ecquid autem res mortalis prætexitur, affe- *Epilogus* etio est immortalis? Sed de poëtis finis dicendi sit: ne poëtarū more importunior ac loquacior videar.

DE CONFIRMATIONE.



Confirmatio est cuiuspiā *Confirmatio-
tionis defi-
nitio, et na-
tura.* rei propositæ corrobora-
ratio. Confirmari autem *tura.* minimè debent, quæ aut

valde aperta sunt, aut fieri omnino nequeunt: sed quæ inter hæc media, atq; interiecta sunt. Utendū autem *Confirmãdã
præcepta.* iis qui confirmare aliquid aggrediuntur, capitibus ac quibus Refutatio cōstabat, cōtrariis. Ac primū eius, qui dixit, proferenda commēdatio: res deinde vicissim à se explicanda: capitibus vtendum cōtrariis atq; aduersis: pro Obscuro, Diluci-

B 4 do:

do: pro Incredibili, Probabili: & eo quod fieri potest, pro eo quod non potest: et Consentaneo, pro Dissentaneo: & Decoro, pro Indecoro: & postremò Vtili, pro Inutili. Atque hæc quoq; exercitatio vim omnem artis in se complectitur.

EXEMPLVM CONFIRMATIONIS.

Verisimilia esse quæ de Daphne dicuntur. sumitur autem exordium ex eorum qui dixere commendatione.

Exordiũ à commendatione poëtarum.



Vi poëtis aduersatur, is mihi videtur ipsis etiam aduersari Musis. Etenim si quæ poëtæ canunt, ex Musarum sensu, ac mente prodire, nonne Musis reclamare videatur, qui poëtarum studeat labefactare inuenta? Equidem poëtarum omnium sententiam lubens amplector: sed eius imprimis qui Daphnẽ

à Pythio amatam sapientissimè se-
 cū ipse reputauit. Quid enim dixit,
 quo minus ei fides habeatur? Daph-
 ne, ex terra et Ladone procreata est.
 Quid habet per deos immortales
 hæc res incredibile? Nonne omni-
 bus rebus aqua & terra ortum præ-
 bent? Nonne elementa vitæ vt se-
 mina sint, è nature gremio pfluunt?
 Quod si è terra atq; aqua prouenit,
 quicquid gignitur, Daphne, siqui-
 dem è terra & Ladone procreata
 est, communem omnium rerum or-
 tum suo confirmat. Et quidem cum
 inde orta sit, vnde omnia oriuntur,
 cæteris omnibus formæ elegantia
 præstitit. ac meritò id quidem. Quæ
 enim primùm à terra emittuntur,
 cum germana oriuntur naturæ ve-
 nustate. Quibus enim in rebus spe-
 cies

Expositio.

*A dilucido,
& possibili.*

A probabili.

Mutationes
res deterio-
res reddunt.

cies aliqua, & pulchritudo hodie
cernitur, in iis multę corporum fa-
ctę sunt mutationes: at quod pri-
mum in lucem eductum est, omniũ
est longe pulcherrimum. Merito
igitur Daphne, quę præ cæteris re-
bus è terra primum orta est, corpo-
ris elegantia præstitit. Cum autem
Daphne forma esset egregia, puellę
amore Apollo exarsit. Ne id quidẽ
pręter fidem. Puella enim, si quid in
terris pulchri degit, pulcherrima, è
diis originem duxit. Atqui si bono-
rum, quibus in terris frui licet, pul-
chritudo beatitudinis maximè est
particeps, eoq; est pulchritudo de-
orum munus, pulchritudo utique
sui amore deum accendit. Quę e-
nim donant superi, omnes exoscu-
lantur. Deus autem amore ardens
affe-

A decoro.

affectui mederi studebat. Sic enim
 habent virtutes, vi corporis atque
 animi vt comparentur: & absq; la-
 boribus virtutē non liceat adipisci.
 Itaq; præ desiderio animi angeba-
 tur: nec tamen desiderio flagrans,
 quod optabat, est assecutus. Sum-
 mū enim virtutis perspicere haud-
 quaquam licet. Quamobrem A-
 pollinem amare dicūt, non eo qui-
 dem studio terram, aut deorum na-
 turam vt reprehendant: sed vt na-
 turam demonstrent virtuti obno-
 xiam. Et quidem quod sequitur,
 id quod vrgetur delineat. Puella
 autem cūm fugeret, à matre excep-
 ta est. Etenim omnia mortalia ea
 lege nata sunt, vt eodem recedant,
 vnde prodire. Quamobrē Daph-
 ne, cūm è terra orta sit, in terram
 etiam

etiam fertur. Terra porro cùm eã excepisset, pro ea plantam reddidit. Vtrunq; enim hoc terræ est opus: quippe cùm in eam homines decidant, & ex ea plantæ nascantur. Planta in lucem edita Apollini honori fuit. Etenim dii ne plantas quidem extra suam prouidentiam relinquunt, sed è terra productis coronantur. Terræ enim primitiæ diis consecrantur. Insigne diuinationis extitit. Hoc quoque congruere arbitror. Virginem enim continentem appellant: ex continentia autem diuinationo emanauit. Quòd igitur puella vitam voluptatibus expertem traduxit, virtutibus consecratur. Neq; enim futura videre licebat ei, qui intemperantiæ vitio laborasset. Atq; his quidem de causis

po-

A consensu.

Ab utili.

Epilogus.

poetas admiror, ipsumq; habeo ma-
gno in honore carmen.

DE LOCO COMMUNI.



Ocus communis oratio
est, quæ in quopiam
honestâ infunt aut tur-
pia, amplificantur. Nun-

Loci cõmu-
nis definitio,
& ratio no-
minis.

cupatur autẽ hoc modo, quòd om-
nibus ex æquo possit accommoda-
ri, qui modo sunt eiusdem rei par-
ticipes. Nam quæ in proditorem
comparatur oratio, in eos omnes
conuenit, qui eius facinoris sunt af-
fines. Per similes autem repetitioni,
atque epilogo videtur Locus com-
munis: quæ causa est vt proœmio
careat. Sed tamen exercitationis
gratia puerilis, proœmii typum ef-
fingimus. Secundum hoc, capita sta-
tues. Primùm à Contrario: Exposi-

Loci cõmu-
nis descrip-
tio, & præ-
cepta.

tio-

tionem deinde subiicies: nō quo rē doceas, est enim satis cognita, sed vt eius animū qui audit, accendas. Post hanc, comparationē subdes, in reū, quod grauius est, per cōtentionem conferens. Mētem deinde, sic enim hoc caput appellāt, qua eius, qui crimen admisit, animū, ac institutum calumniabere: Tū Egressionē, qua vitam transactā calumniabere coniecturis: Tū misericordiæ remotiōnem: & postremò huiusce progymnasmat̄is capita extrema, Legitimū, Iustū, Vtile Possibile, & Cōsequēs.

EXEMPLVM LOCI COM-

munis contra tyrannum.



Exordiū.

VI leges abolet, vt leges iubent, vtq̄, iudicia apud nos exercentur, legibus pœnas luat. Etenim si de-

declinatis iudicij laqueis populari-
 or futurus esset, hunc fortasse quis-
 piam iudicio liberaret. Nunc autē
 cū audacior futurus videatur, si
 hoc effugerit, quānam æquum vi-
 deri possit, vt nascentem tyranni-
 dem huiusce venia foueamus? Ac
 cæteri quidem, qui iudicia sortiti
 sunt, noxiis pœna liberatis, nihil in-
 commodi acceperere: tyrannidis au-
 tem impunitas graue affert iudici-
 bus damnum: siquidem tyranno re-
 rū potito iurisdictio de medio tol-
 litur. Mihi autem videmini iudices
 de huius sensu cogitare accuratius,
 quàm maiorum vestrorum consi-
 lia vobiscū ipsi reputatis. Illi enim
 vt maximo nos beneficio afficerēt,
 omni dominatu vacuam rempub.
 nobis excogitarunt. Nec iniuria.

Secūdum ex
 ordium a iu-
 dicum peri-
 culo.

Expositio.

Et

Fortunæ in
æquabilitatē
aus æquat.

Etenim cū incerti fortunæ eue-
tus variè hominibus accidant, mu-
tentq̄; hominū sententias, inæqua-
bilitatē fortunæ iuris æquabilitate
vt corrigerent, leges inuenerunt:
quibus quasi vnum omniū sensum
efficerent. Ciuitatibus enim nihil
aliud est lex, quàm malorū, quæ se-
cum fortuiti casus aduehunt, emen-
datio. Quæ iste pensi minimè ha-
bens, consiliū deterrimū inuit iuris
reipub. peruertendi. Et quidem sic
ipse secum loquebatur: Ecquid hæc
dii immortales? supra vulgus emi-
nens æqua prorsus vt sim conditi-
one, perpetiar? Fortunā mihi opes
astruere frustra sino, siquidem hæc
vulgo submifero. Enimvero tenuis
fortunæ homines in conciliū eunt,
ac iudicant, quodq̄; visum est mul-
titu-

Quid sit lex.

Tyranni
ethopœia.

titudini, nata mihi lex est. Quæ igitur horum fuga & liberatio incommodorū? Arcem occupabo, & pessimè perituras leges tollam de medio: atq; ita vulgo lex ero, nō vulgus mihi. Hæc ille apud sese loquebatur, tametsi re nondum perfecta.

Deorum enim benignitas ea perfici vetuit. Huic igitur hodie id salutis erit, propter quod tantam beneficii gratiã diis immortalibus debemus?

Elegãs enthymema.

Ac grauis quidem res est, atq; atrox homicida, sed multò magis tyran-

A comparatis.

nus. Hic enim eius tantum, quisquis in manus incidere, cædem facit: ille autem vniuersum reipub. statũ fortunamq; conuellit. Quantò leuius est modicè offendere, quàm cædem vniuersorum facere ciuium, tantò me hercule tyrannus homicida

C est

est deterior. Iam cæteros omnes reos, tametsi grauisissima admiserint, animi tamen à delicto abhorrentis comitatur defensio: solus tyrannus se inuitum, eo prolapsum audaciæ dicere non potest. Nam si tyrannidem nolens occupare adhortus esset, eum fortasse quispiam sua sententia liberandum putaret. Sed cum id consultò fecerit, nonne fuerit iniquum ut iudicium elabatur, qui tyrannus ante rem perfectam extiterit? Et quidẽ omnes alii rei crimine de quo tum quæritur, modo premuntur: vitæ autem anteaetæ meritis plerũq; iis ignoscitur: vnus hic ob vtriusque vitæ crimina causam dicit. Præterita enim ætas nulla moderatione illi traducta est: præsens autem præterita intollerabilior.

Vtro-

*Amente ty
ranni.*

*Vitæ transf
actæ calū-
nia.*

Utrorumq; igitur criminum iudicium subeat, & quibus prius, & qui *Remotio misericordie.* bus posterius læsit. Sed quorū deprecatione ac lachrimis huic ignoscetur? profecto liberorum. At in eorum fletu putate vobis adesse leges, quibus æquius est, quàm istius liberis vestram sententiam accommodare. Ab istius enim liberis tyrānis corroborabitur, à legibus iudicandi potestatem accepistis. Itaque legibus, propter quas iudices estis, in ferēdis sententiis, quam iis estote æquiores. Iam vero si his honores *A legitimo* haberi lex iubet, qui patriam in libertatem vindicarunt, id profecto relinquitur, vt qui seruitute opprimunt, pœnis afficiantur. *Ab equo.* A Equum autem etiam est vt tam graue iudicium apud nos subeat, quàm graue

ille concepto tanto scelere effecit.
Ab utili. Neq; verò si tyrānus occiderit, nul-
 lus ad nos ex eius morte fructus re-
A facili. dundabit: cum præsertim firmita-
 tem legibus allatura videatur. Sed
 neq; hunc animaduersione coërce-
 re perdifficile. Nō enim sicut ei ad
 tyrannidem inuadendam opuserat
 satellitio: sic nobis sociis ad oppri-
 mendū tyrannum opus fuerit: cum
 solo iudicum calculo vis omnis ty-
 rannidis extingui aboleriq; possit.

DE ENCOMIO,
id est, Exornatione.



Laudationē
 Cicero exor-
 nationem ap-
 pellat.

Encomion, Id est, Exorna-
 tio, oratio est explicatrix
 eorum, quæ in quopiam
 insunt bonorum. Sic au-
 tem nuncupatur quòd antiquitùs
 in comis passim canerent. Comas
 autem

autem compita, aut triuia appella-
bant. Differt autem ab hymno &
Elogio, quòd Hymnus sit deorum,
Encomion hominum: ab Elogio au-
tem, quòd hoc breuiter instituat:
Encomion autem multo artificio
explicetur. Hoc autem exornatio-
nis genere laudari debent Personæ,
Res, Tēpora, Loca, ratione carentia
Animalia, atq; etiam Plantæ. Perso-
næ quidem, vt Thucidides, vt De-
mosthenes: Res vt iustitia, vt tempe-
rātia: Tēpora vt ver, vt æstas: Loca,
vt portus, vt horti: ratione carentia
Animalia, vt equus, vt bos: Plātæ, vt
olea, vt vitis. Sed laudantur aut cō-
muniter, aut sigillatim. Communi-
ter quidem vt vniuersi Athenien-
ses. Sigillatim autem, vt quispiam
Atheniensis. Atq; hoc quidē modo

Quid hym-
nus elogiū,
& encomion
differant.

exornatio diuiditur. Eam autem his capitibus conficies. Primum exordiere pro eo ac materia subiecta feret: deinde afferes genus, quod in gentem, patriam, maiores, ac parentes distribues. Post hæc educationem, quam in vitæ instituta, artes, ac leges diduces: deinceps potissimum Exornationum caput, res gestas, adduces: quas in animi bona, fortunæ, & corporis distribues. Bona quidem animi, vt fortitudinem, vt prudentiam: corporis vt formam, vt celeritatem, vt vires: fortunæ, vt opes, diuitias, clientelas. Quibus comparationem addes, qua per contentionem ei, quod laudabis, maius ac præstātius attribues. Postremò epilogo precationi persimili concludes.

Ducēda ex-
ordii materia
ex re ipsa.

Seruatur hic
temporū or-
do, & generū
distributio.

EX-

EXEMPLVM EXORNATIONIS

Laudatur Thucidides.

Erum vtilium inuento-

Exordiū.

res, iis rebus, quas ipsi pul-
cherrimè hominum ge-
neri pepererūt, decorari

æquissimum est: quodq; ab iis emer-
sit, conferri in eos ipsos, qui patefe-
cere. Itaque cū Thucididem suis
ipsius bonis ornare studeam, orati-
one vtar ad eum ipsum laudandū.
Et quidem præclarum est iis hono-
rem tribuere, à quibus beneficium
acceperis, sed tanto præclarius ho-
norem habere Thucididi, quanto
rem præstabiliorem inuenit quàm
cæteri. Neq; enim in rebus morta-
lium quicquam licet adipisci orati-
one melius: neq; Thucidide sapien-
tior in dicendo quisquam reperiri.

C 4 Or-

A patria.

Ortus est igitur ex eo solo Thucidi-
 dides, quod non modo victum ei
 præbuit, sed eum etiam optimis ar-
 tibus erudiuit. Nec enim aliunde
 ortus est, quàm vnde natæ, ac pro-
 fectæ sunt optimarum artium dis-
 ciplinæ. Athenas igitur vitæ paren-
 tem nactus, attavis regibus editus
 est: opesq; fortunæ, quibus erat cæ-
 teris potentior, è maioribus ad eum
 fluxere. Sed cum hæc ambo, & ge-
 neris potentiam, & popularem sta-
 tum accepisset, cepit quod in vtro-
 que erat commodi, ad vtriusq; vitia
 emendanda. Nam & ab iniustis o-
 pibus iuris æquabilitate abstinebat,
 & abiectiorem popularem generis
 obscurabat fœlicitate. Hac stirpe
 profectus, reipub. institutis ac legi-
 bus, quibus natura nihil dedit me-
 lius,

*A parenti-
 bus.*

*Ab educa-
 tione.*

lius, eruditur. Cumq; vitæ studia ad
 discendas leges, & militarem lau- *Ab adoles-*
 dem colligendam conferre decre- *centiæ stu-*
 uisset, idem & philosophari statu- *dijis.*
 it, & exercitus ductare: vt neq; doc-
 trinam bellicis ornamentis priua-
 ret, nec bellicas pugnas à prudentia
 semoueret. Sic vna eademq; medi-
 tatione excoluit ea, quorum vnicã
 artem minimè habebat: & quæ à
 natura disiuncta erant, in vnũ quasi
 studium coëgit. Vbi autem ad viri-
 lem ætatem peruenit, vt ea publicè
 ederet, in quibus se ab ineunte æta-
 te exercuerat, occasionem quæsi-
 uit. Nec diutiùs ei fortuna defuit.
 Bellum enim resq; à Græcia gestas *A rebus ge-*
 artem suam effecit: eaq; custodiuit *stis.*
 literis, quæ vis Martis aboleuerat.
 Neque enim quæ quisque fecisset,
 tem-

Breve totius
belli pelopo-
nesiaci ar-
gumentum.

temporis vetustate contegi, atque
obruifuit. Hinc enim cognitū est
Plateam captam, vastatam Atticā,
Peloponnesi oram ab Atheniensi-
bus nauigatam. Nam quòd nauales
pugnas vidit Neupaetus, eas Thu-
cidides memorię prodidit, neq; ho-
minum effugere conscientiā fuit.

Quòd Lesbos capta est, id quoq; vs-
que adhuc prædicatur. Quod cum
Ambraciotis pugna cōmissa est, e-
ius facti memoriā nulla deleuit di-

Commemo-
ratis quæ vi-
gesta sunt, cō-
memorantur
quæ domi in
concilio.

es. Postremò iniquū Lacedæmonio-
rum iudicium in comperto est. Sp-
hacteria & Pylus ingens Athenien-
siū opus, in obscuro minimè verfa-
tur. Corcyrei Athenis cōcionātur,
cōtra hos dicūt Corinthii: Aeginē-
ses cum accusatione Lacedæmona
proficiscūtur. Iā quòd Archidamus

in

in concione sobriè, ac maturè deli-
berat, cōtraq; Sthenelaidas ad bellū
inflammat, quòd Pericles Laconicā
legationē despicit, ægrotātes Athe-
nienses sese afflictare non finit, hæc
videlicet omnia Thucididis monu-
mētis immortalitati cōmendātur.

Et quisquam erit qui Herodotum
cū hoc conferre audeat? cū ille in
dicendo voluptatem sectatus sit au-
rium, hic ad veritatem loquutus?

*A compa-
ratis.*

Quanto igitur minoris æstimari de-
bet, quod tribuitur gratiæ, quàm
quod veritati, tanto me hercule in-
teruallo à Thucidide Herodotus
relinquitur. Erant pleraq; alia, quæ
de Thucidide poterant afferri, nisi
quo minus ea dici possent, faculta-
tem eripuisset infinita propè eius
laudum multitudo.

Epilogus.

ALI-

exemplum.

Sapientia laudatur.

Exordiū.



Sapientiam adipisci singularis est foelicitatis, vt verò pro dignitate laudetur fieri prorsus nequit.

A genere, unde orta est sapientia.

Tantum enim beatitudinis ei affluit, vt deorum communis statuatur possessio. Deorū nanq; alius aliud studium sectatus est: Iuno nuptiis præest, Mars bellis ac Minerua, Vulcanus fabrilem artem exercet, dux est nauigantibus Neptunus, seseq; ad aliud studiū alius applicuit: omnes tamen Sapientiæ sunt participes: præcipue autem supremus Iupiter, qui tanto cœlestes omnes antecit sapientia, quanto iis omnibus potestate præcellit. Enimuero à Ioue principatum obtineri fidem facit

Summa potestas cū summa sapientia coniuncta.

facit sapientia, & eã dii naturæ suæ
 coniunctã habent, & simul ac pos-
 sessio hæc in terram euasit, deorum
 filii in vitam inducti. Quo lubẽtiùs
 poëtas admiror, quòd Palamedem
 & Nestora, & si quis alius priscis tẽ-
 poribus sapientissimus ab iis cele-
 bratur, diis genitos fecere: nõ quòd
 eadem, qua dii, natura constarent,
 generis enim communionem virtutis
 communicationem prodebant, sed
 quòd deorum erant virtutem adep-
 ti, eorum filii habebantur. Et deorũ
 quidem videntur esse, è quibus Sa-
 pientia possessio orta est, diuini ge-
 neris monumentum. Iam verò Sa-
 pientia vtrisq; tẽporibus præcipue
 dominatur. Cùm enim cæterarum
 rerũ aliæ in otio tantùm eluceant,
 aliæ in bello modo laudentur, sola

*Ab effectis
 sapientie,
 quæ sunt p
 rebus ge-
 stis.*

Sa-

Sapientia vtriusq; temporis perinde est moderatrix, atq; vnius. Circa res bellicas ita versatur, vt quietis ignara: sic pacis est comes, otiiq; focia, vt bella nescire omnino videatur: eiusq; solius censeatur propria, cui administrandæ præsit. Leges fert pacis tempore, & multiplicis otii variis rationibus vtitur: bello autem suscepto, cum vt armis superiores simus, Sapientia efficiat, victorias etiam nobis impartitur. Eadem in concionibus cum laude versari, nisi qui ea præditus est, sinit præterea neminem. Ex æquo enim vtrobique Sapientia dominatur: seu foris bellum administras, seu domi rempub. geras. Iam Sapientia vim diuinam sola imitatur: quippe quæ veluti deus

futura

futura prospiciat. hæc terram agricolis aperuit: pontum strauit nauigantibus: vt neque sine ea terræ fructus percipi potuerint, neque sine sapiente gubernatore naues confcendi. Itaque quæcunque mare benignè profert, quæcunq; hominum generi terra profundit, Sapientiæ inuenta sunt. Postremò ea quæ ab oculis seposita cœli complexu continentur, nesciri à nobis passa non est: quantoq; spatio Sol orbem suũ conficeret, ac peragraret, cæteraq; astra, quæ suis conuersionibus torquentur, sola Sapiencia hominum generi adinuenit. Ac ne sapientem quidem terræ recondita latuere: sed vbi fato concesserimus, qui futuri simus, ei Sapiencia com-
monstrauit. Hæc Troiam cepit,
quæ

quæ magna temporis diuturnitate capi non potuerat: hæc sapienti cōsilio dato, vniuersas Persarum opes attriuit, vnico, inquam, consilio alisit, atque afflixit. Denique hac sapienti Uliſſis consilio Cyclopi oculus effosus. Adeo quo quisque plus potest polletq̄; id omne à Sapiencia emanauit. Et quisquam fortitudinem cū ea comparare audeat? cū ea quæ vis potest efficere, ex Sapiencia mutuetur: vt si fortitudinem à prudentia abiunxeris, reprehensione caritura minime videatur. Habebam alia præterea, quæ de Sapiencia dicerem, nisi essent eiusmodi, vt oratione omnia explicari nullo modo possent.

Themistocles cōsuluit græcis, vt nauibus obuiā irent peris.

A comparatis.

Epilogus.

DE

DE VITUPERATIONE.



Vituperatio oratio est ma-
 lorum, quæ cuiquam in-
 sunt, explicatrix. Dif-
 fert autem à loco cõmu-
 ni, quòd hic animaduersionem in-
 inducat, vituperatio solam habeat
 famæ calumniam. In eadem autem
 atq; exornatio capita distribuitur:
 & tã multa vituperare licet, quàm
 multa laudare. Personas nimirum,
 Res, Tēpora, ac Loca, ratione caren-
 tia Animalia, et Plantas. Vituperare
 autē oportet aut communiter, aut
 sigillatim: Primūq; exordiri, deinde
 genus subiicere, idq; vt in exorna-
 tione, ita hic quoq; partiri: tum edu-
 cationem, res gestas, comparationē
 atq; epilogum non secus atq; in ex-
 ornatione collocare.

Vituperatio-
 nis definitio:
 quid differat
 a loco com-
 muni.

Præcepta vi-
 tuperandi, ac
 laudandi cõ-
 munita.

D E X-

Exordiū.

Irtutē merita laude pri-
uare haud decet, sed ne
improbis quidē si-
ne vituperatione præte-
rire: cū vtilitas, quæ ex bonorum
laudatione colligitur, & vitupera-
tione improborū, vtriusq; rei præ-
termissione amittatur. Et quidem
cū omnes eos, qui prauitate im-
buti sunt malè audire sit lōgè æquif-
simum, Philippū tanto etiā æquius,
quanto nequitia improbos omnes
peruersitateq; superauit. Is igitur
ortus est gente omnium barbara-
rum nequissima: quæ sedem muta-
re ex sede ob ignauiam non dubi-
tauit. Ab Argiuis enim primū
sedibus pulsi Macedones, deinceps
sedibus vagi atque errantes, eò
pro-

A gente.

profugere, vbi vitæ domicilium nunc habent: & in sede capienda duplici sunt infortunio affecti. Partim enim ob ignauiam, partim ob immoderatam fortunæ melioris cupiditatem sedem stabilem, ac firmum domicilium habere permisi non sunt: cum & potentioribus loco cesserint, & inferiores suis possessionibus exturbarint. Hac gente ortus, in vrbe natus est multo humiliore. Macedones enim nequissimi sunt barbarorum, Pelle autem vrbium Macedoniae contemptissima, è qua nemo se mācipia bello cepisse lætari solet. Et quanquam procreatus est in abiectissimo solo, infestioribus tamen patria maioribus natus est. Philippus enim huic proauus fuit: qui ob genus regnum ob-

A patria.

A maioribus.

D 2 tinere

tinere permiffus nō est: hunc Aminthas pater fecutus est: cui ad regnū obtinendum armis opus fuit. Siquidem regno pulfus, ab Athenienfibus reductus est. Ac rebus huiusmodi vifis, Athenienfium Philippus obfes fuit: qui quanuis ī media Græcia verfaretur, mores tamē confuetudine Græcorū minimè commutavit: fed barbaricam impotentiam in Græcię disciplina institutisq; retinuit. Iam verò cū omnes gentes dupliciter diftrahantur, in Græcos nimirum ac barbaros, eundē vtrifque fe præftitit, & in genere difsimiles idem exercuit improbitatis genus. Omnium primū cognatam gentē vi oppreffam feruire coëgit: perfidiam fuam iis primū vt proderet, è quibus ortus fuerat. Hinc

ag-

*Ab educa-
tione.*

*A rebus ge-
ftis.*

aggressus finitimos crudelissimè eos perdidit. Peonibus captis adiunxit Illirios, & in eandem ruinam adduxit. Triballorum fines inuasit cepitq; atq; omnes gentes, quæ in proximo erant, quarum fortuna esset afflictior, oppressit. Et quanquam barbarorum corpora pugnando cepit, minimè tamè cum corporibus animos capere potuit. Sed cum in ferendis armis ei inservirèt, animo defectionem agitabant, & quæ cogitatione erāt libera, re ac factis serviebant. Cùm è Barbaris finitimos subegisset, hac via progrediens serpsit etiam ad Græcos. Atq; omniū primùm Thraciæ vrbes in servitutum ab illo missæ. Capta Amphipolis, Pidna occupata, cum his Potidea oppressa, Pheris à Pegaseis minime

Vincere animos præclarum non corpora.

excerptis, sed ne Magnessa quidem
 à Pheris. Omnes adeo Thraciæ ci-
 uitates ab illo oppresse, seruitutem,
 velut communem generis notam
 pertulere. At qui eius interitus ex-
 titerit, non indignum fuerit com-
 memorare. Cùm enim plerasq;
 gentes oppressisset, eosq; quibus-
 cum foedus percusserat, rupto foe-
 dere iniquæ seruituti addixisset, à
 diis immortalibus foederum rup-
 torum ultoribus morte affectus est
 cum moribus, ac vita congruente.
 Neque enim cùm fortiter pugna-
 ret, mortem ei attulerunt, aut quē-
 quam virum fortem eius mortis te-
 stem, ac spectatorem fecere: sed in
 ipsis extinxerunt voluptatibus: ni-
 mirum vt cum digno rebus turpif-
 simè gestis funere efferretur, ipsa-
 rum

*A mortis
 genere.*

rum videlicet voluptatum comi-
tatu, quas, & vitæ intemperanter
actæ, & mortis molliter appetitæ
testes haberet. Et quisquam cum *A compa-*
hoc Echetum conferre audeat? *ratis.*

cùm Echetus summas corporis
partes tantum præcideret: Philip-
pus autem tota cum integris homi-
nibus corpora deleret. Quanto
igitur grauius est totum, quàm par-
tem corrumpi, tanto est Echeto
perniciosior Philippus. Sed me *Epilogus*

orationi de illo institutæ mo-
dum statuere necesse est, ta-

met si ille, quandiu su-

perstes fuit, finem

minimè fecit

peccandi.

D 4 DE

Comparatio
nis definitio.



Quæ in com-
parationem
veniunt.

Comparatio oratio est res ex aduerso inter se committens: qua id quod cū altero confertur, appositione aduersi maius, aut certe æquale efficitur. Qui autem comparationem aliquam instituunt, aut honesta conferant cum honestis necesse est, aut turpia cum turpibus, aut certe honesta cum turpibus, parua cū magnis: nihilq; aliud est comparatio, quàm duplicata ex ornatio, aut vituperatio ex laudatione conflata. Ac nullus quidem est comparationis locus, qui vim non habeat longe maximam, imprimisq; ea comparatio, in qua parua magnis conferuntur. Comparari autem tã multa conuenit, quàm multa laudari,

ri,

ri, aut vituperari: vt Personas, Res, Tēpora, Loca, carentia ratione Animalia, ac Plantas. Neq; verò totum cōferri cum toto debet in comparando, esset enim supina ac languidior oratio, & minime pugna, sed caput cum capite, in quo plurimū est contentionis. Distributio enim ad laudandi rationem pertinet, nō comparandi. Non est autem in laudatione comparatio, cum hęc integrum sit progymnasma.

Contrapostorū breuis, et frequēs cōtentio, vehementiam prę se fert pugne confertim, & incensis animis pugnatę.

COMPARATIONIS EXEMPLVM

Comparatur Achilles cum Hectore.



Chillem cū Hectore cōmittere statui, virtutis cum virtute comparandę studio adductus. Etsi enim virtutes per se sunt præstabiles, tamen si inter se conferantur

Exordiū.

ex-

expetibiliōres reddūtur. Nati sunt
 igitur ambo non eodem quidem in
 solo, sed tamen laudato. Quorum
 ille in Phthia procreatus est, è qua
 is ortus est, in quem nominis Græ-
 ciæ originem referunt: hic autem
 apud Troiam, cuius dii primi inco-
 læ, atq; habitatores fuerunt. Itaque
 quantum ad paritatem laudis mo-
 menti habet, eodem esse in solo pro-
 creatum, tantundē Hector Achil-
 lis laudibus, atq; ornamentis mini-
 mē cedit. Ac ne iis quidem laudata
 tantum patria fuit, sed par etiam ge-
 neris cognationisq; nobilitas. vter-
 que enim originem suam ad Iouem
 referebat. Achilles enim Pelea pa-
 trem habuit, qui ab AÆaco genitus
 est, cum Iouis fatu AÆacus genera-
 tus fuisset. Pari ratione Hector Pri-
 ami

*Patriæ
 Achillis, et
 Hectoris
 cōparatio.*

*Generis cō
 paratio.*

ami filius fuit: Priamus Laomedon-
tis, cuius pater Dardanus Iouis fili-
us fuit. Itaque cum Ioue progeni-
tore ambo gloriari possint, patres
etiam non dissimiles habuerunt.

Achilles, Aëacum, & Pelea: quorū
ille Græcos pestilentiaë fœditate li-
beravit, huic autē Lapithis devictis,
pro egregia virtutis præmio tribu-
tum est deam vt cōiugem haberet.

*Progenito-
rū Achilles,
& Hecto-
ris compa-
ratio.*

Hectori verò proavus Dardanus
fuit: qui olim cum diis conuixisse
dicitur, pater autē Priamus, qui vr-
bi à diis immortalibus circumdataë
ac munitæ imperavit.

Quocirca
vt paria sunt inter se hæc, ac penè
similia, cum diis coniugii societate
esse coniunctū, ac præstantissimorū
deorum frui conuictu, sic Hector
atq; Achilles similes sunt inter se ac

pro-

propemodum pares. Qui cùm his maioribus orti essent, ad fortitudinem capescendã liberaliter sunt instituti: hic quidem à Chirone centauro, ille à Priamo patre, à quo educatore, velut à natura, virtutis præcepta institutaq; hausit. Quæ quidem compar, ac non dissimilis educatio parem vtriq; attulit nominis celebritatem. Nam cum ad constãntem ætatem peruenissent, eadem vi animi ac robore in eodẽ bello præstitere. Etenim omnium primùm Hector troianas acies ductavit, & quo ad incolumis fuit, Troiæ velut firmissimum propugnaculum extitit: stetitq; quandiu belli gerendi societatem cù diis habuit. Vbi autem occubuit, Troiam in eandem secum calamitatem traxit. At verò

Achil-

*Educatio
cõparatur.*

*Comparan-
tur res ge-
stæ.*

Achilles Græciæ ductor etiam fuit
 & vniuersos Troianos metu cōster-
 natos Mineruæ auxilio sæpissimè
 fregit. Cùm autem concidisset, in-
 teritu suo omnem Græcis victoriæ
 spem ademit. Atq; ille quidem vi-
 ctus à Minerua, extinctus est: hic ve-
 rò confixus ab Apolline, fato con-
 celsit. Itaque à diis orti, deos quoq;
 suæ necis auctores habuere: & vnde
 genus hauserant, ab iis supremus vi-
 tæ dies allatus est. Quanta igitur
 vitæ ac necis similitudo in his fuit,
 tam sit Achilli Hæctor non dissimi-
 lis necesse est. Plura de horum vir-
 tute potuerunt afferri, nisi ma-
 gnitudinem rerum ab illis
 gestarum sparsa de illis
 æquaret opinio,

*Fatū utrius-
 que compa-
 ratur.*

Epilogus.

DE

Ethopœiæ
definitio, &
partitio.



Ethopœia morū est propositæ personæ imitatio. Eius autem tria sunt genera: Idolopœia, Profopœia, & Ethopœia. Est autem Ethopœia, in qua cum persona sit cognita, mores tantum effinguntur: unde etiam Ethopœiæ nomen accepit. ut qua oratione Hercules vteretur, cum Euristeus ei imperaret. Idolopœia autē, in qua tametsi persona cognita est, mortui tamen est, atq; eius, qui loqui desierit: veluti in demis finxit Eupolis, aut Aristides in oratione hyper tessaron: ex quo factum est ut Idolopœia nuncuparetur. Profopœia verò vbi omnia finguntur tum mores, tum etiā persona: quemadmodum fecit Men-

nan-

nander confictō argumento. Argumentum enim res quidem est, non tamen etiam persona: eoq; Protopopœia dicitur. Fingitur enim pariter persona cum moribus loquentis. Atque hæc quidem est partitio. Ethopœiarum porro alię sunt patheticæ, aliæ ethicæ, aliæ mixtæ. Patheticæ appellantur, in quibus ubiq; grauiores animi affectus exprimuntur, vt in quæ verba prorūperet Hecuba Troia euersa. Ethicę quibus mores tantum in medium adducuntur, vt quæ esset oratio Epirotæ, qui mare nunquam prius vidisset. Mixtæ autem, in quibus vtrunque permiscetur, vt qua oratione Achilles vteretur, ob Patrocli interitum, cum de bello secum ipse deliberaret. Ad mores enim per-

pertinet deliberatio, ad affectum animi grauiorem, amici casus. Cōficiēs autem Ethopœiam caractere dicendi dilucido, breui, florido, absoluto, & qui omni flexu & figura orationis careat. Sed pro eo vt capitibus vtare, eã in tria tēpora partire: præsens, præteritum, ac futurũ.

ETHOPOEIAE EXEMPLVM.

*Qua oratione uteretur Niobe
iacentibus filiis.*



Vam fortunam cū qua commuto: orba liberis quæ prius numerosa sobole fœlix videbar. Ad orbitatem affluit multitudo, quæque antea mater multorũ visa sum liberorum, ne vnus quidẽ filii sum mater. Quã satius fuerat non peperisse, quã ad lachrimas luctũq; parere liberis enim orbatę infortunatiores

natiores sunt iis, quæ nūquā pepere-
 re: siquidē acerba est ei⁹ rei amissio,
 qua experta frui cœperis. Sed heu
 me miserā per simili ac pater fortu-
 na conflictor. Tantalus enim mihi
 pater fuit, qui cū deorū conuictu
 vsus esset, post eā consuetudinē de-
 orū beneuolētia excidit. A Tantalo
 igitur generata his ærumnis genus
 confirmo. Cum Latona coniunctio
 mihi fuit, & ob eam his misera affi-
 cior malis: utq; cum ea consuescerē,
 ad liberorum adeptam sum orbitatē,
 & in ærumnas recidit deę cōsuetu-
 do. Priusquā vllus cū Latona mihi
 vsus fuisset, mater erā vsq; adeo fœ-
 lix, ut cuius inuidiam possem com-
 mouere: vbi autē illi innotui, facta
 sum liberūm indiges, quibus ante
 Latonę cōsuetudinē abūdabā. Itaq;

Querela cō-
 paratione au-
 cta.

E nunc

nūc in summo mœrore ob vtriusq;
 sexus liberorū interitū luctuq; ver-
 sor, & quid veluti charius deplorē
 magis a deo incertū est. Quo me ver-
 tam? ad quos me recipiā? Ecquod se-
 pulchrū sufficiet iacentiū liberorū
 exitio? Supremo etiā honore in tātis
 destituor malis. Sed quid hęc que-
 ror? cū deos precari mihi liceat, vt
 me in aliam naturā immutent: vni-
 cam enim molestiarū liberationem
 video, mei in ea quæ sensu carent,
 commutationem. Sed vereor ne rei
 sensu carētis speciem præbeam, in-
 tus luctu afflictari non desinam.

Frequens ex-
 clamatio que
 rimoniæ ap-
 ta.

Alludit ad
 metamorpho-
 sin Myrre, &
 plerorumque
 aliorum.

DE DESCRIPTIONE.



Descriptio oratio est rem
 propositā ita circunscri-
 bens, vt eā euidenter, &
 perspicuè subiiciat ocu-
 lis.

lis. Describenda autē sunt Personæ,
Res, Tēpora, Loca, ratione carentia
Animalia, ac Plātæ. Personæ quidē,
vt ī Odyſſea ad Euribatē Homer⁹.

Latus erat humeris, ore ater, cri-
neq; crispus. Res autē, vt nauales, &
terrestres pugnæ: vt facit historiæ
ſcriptor: Tēpora, vt ver, æſtas: velu-
ti ſi quis enarret qui flores iis tēpo-
ribus producantur: Loca autem, vt
Thucidides Theſprotarum portū
Chimerium, qua figura eſſet, deſ-
cripſit. Qui autem perſonas deſcri-
bere aggrediuntur, in iis deſcriben-
dis à facie oportet decurrant ad ex-
trema, Id eſt, à capite ad calcem: in
rebus verò, ab iis, quæ res deſcriben-
das antecedunt, deinceps ab iis, quæ
conſequi ex iis cōſueuere: in tēpori-
bus, ac locis, ab iis quæ iſtis tū conti-

Qui ordo in
deſcribendo.

E 2 nentur

nentur, tū etiā in sunt. Et Descriptio-
num quidē aliæ sunt simplices, aliæ
cōiūctæ. Smplices, vt in quibus aut
pedestres pugnæ explicātur, aut na-
uales: coniuñctę, vt in quibus res, ac
tēpora cōnectuntur: veluti Thuci-
dides pugnā noctu in Sicilia cōmis-
sam describit. Pariter enim & vt pu-
gna cōmissa est, & vt id noctis, defi-
nit. Qui verò descriptionē instituūt
eos caractere oportet orationis
vti remissiore, & orationē variis fi-
guris distinguere, & ī summa, res e-
as, quæ describūtur dicēdo imitari.

DESCRIPTIONIS EXEMPLVM.

Describitur arx Alexandrina.



Rces in vrbibus constitu-
tæ sunt ad communē ci-
uium securitatem. sunt
enim velut vrbium iuga:
nec

Characterem
remissiorē ap-
pellat ad do-
cendū magis
aptū quā ad
commouen-
dum.

Insinuatio
ante descrip-
tionem arcis
alexandrinę,

nec magis ædificiis extruuntur, quã ipse vrbes muniunt. Atheniensium quidem arcem Athenarum media regio amplexa est: quam autem Alexander vrbi suæ imposuit, ἀκρην, hoc est excelsam, nimirum quia sic eam nuncuparat, extruxit. In editissima enim vrbis parte eam excitavit: quam arcem veriùs possis appellare, quàm eam, quæ magnos Atheniensibus spiritus attulit. oratione enim sic fere describitur. Cuius quidam è terra prominens in ingentem altitudinẽ assurgit: quæ arx duplici nomine appellatur, vel quòd in excelsum attolitur, vel quòd in summa sita est vrbis parte. Ad eã autẽ aditus ferunt dissimiles: hac enim via est, illac, ingressus: variantq; appellationibus, & pro situ ac modo

Comparatione docet Alexandrinã arcem vere arcem esse.

A situ, & natura loci.

Ordine legitimo primũ describit aditus.

E 3 quo

quo habent, appellantur. Hac enim via est, qua pedibus adiri potest, idq; vulgo, ac etiã curribus: illac a seſus interrupti à ſeſe dirimuntur, eſtq; inuius curribus ingreſſus. Gradus enim additus gradui velut ex minore numero ducens, maiorem ſemper numerum præbet, & vſq; adeo in ſublime ducit, vt nõ niſi in centeſimũ deſinat. Quo enim fine abſoluitur numerus, eodem termino ad iuſtã meſurã altitudo porrigitur. Scalas propyleon excipit, modicis cancellis circuncluſum: idq; quatuor maximæ columnæ ſuſtinent, quæ varia viarũ diuortia in communem aditum conferunt. Columnis autem ædificium quoddã innititur, quod alias columellas p modo ex ſe proiicit, quæ variis coloribus diſtinctæ &

Vestibuli deſcriptio ordine legitimo ſequitur.

& structuræ opificio inter se respondententes, operi ornatum afferunt. Tectum autem ædificii in fornicem inflectitur, & in ipso fornicis circuitu rerum ingens elaboratum monumentum. Ingrediendi porro in arcem spatium omne quatuor æquis lateribus diuiditur, forma quadrata ab artifice fabricatum: cuius in medio aula est columnis vndiquaque suffulta, quæ porticus excipiunt: quæ paribus columnis discriminantur, eaque iis mensura est, vt in ea quod excedat, haud facile quicquam reperias. Iam verò vna quæque porticus in obliquam alteram desinit, & in ipsa coitione duplex columna vt ad vtranque porticum spectat, ita distinguitur: & parte altera porticum terminat, altera inchoat. In portici-

Externis descriptis, interna describere aggreditur ordine legitimo.

E 4 bus

bus intimis partim armaria condi-
ta sunt, quibus libri asseruantur, iis
omnibus ad aperti, quibus nō est in-
suaue laborē philosophiæ impen-
dere: qui vniuersam ciuitatē ad dis-
cendæ sapientiæ facultatem capiē-
dam adhortantur: partim autem sa-
craria ad veterum deorum cultum
extructa sunt. Porticum laquea-
ria auro sunt elaborata, vertices co-
lumnarum ære: sed auro tamē illi ti-
alē integuntur. Neque verō aulæ
vnus erat, atque idem ornatus. cum
enim alibi alius erat, tum verō hic
Persei certamina continebat. Me-
dium porro columna quædam su-
stinet ingenti altitudine prominēs:
quæ totum id spatium notum effi-
cit, vt nisi columnæ indicio vtatur,
qui quopiam progressus fuerit, non
facilē

facile sciat, quo flexerit, quo ué per-
rexerit. Quin etiã arcem terra ma-
riq; conspicuam, atq; illustrem red-
dit. Eius columnæ vertex cęlatis re-
rum primordiis redimitur. Sed pri-
usquam in mediam aulã digredia-
re, extat opus quoddam extructum
partiũ discriminatione portas om-
nes respiciens, quæ veterum deorũ
nominibus inscribuntur: duę item
pyramides lapideæ in altũ erectæ,
& fonte Pisistratarũ fons melior
profluit. vniuerso autẽ operi mira-
culo fuerit artificũ numerus omnẽ
superãs fidem. Quòd enim vnus ad
eius effectiõnem minimè sufficere
visus est, duo supra decem proposi-
ti cernuntur. Postremò ex arce def-
cendẽti altera planicies excipit sta-
dio non dissimilis: quo etiã fit vt eo
nomine

nomine vocetur, altera autē locus paribus diuiditur spatiis, sed nō pariter decurrit. Atque huius quidem operis elegantia maior est, quā ut oratione explicari possit. Si quid autem præteritum est, admirationis effectum est magnitudine: ob idq; quod exprimi non poterat, silentio est prætermissum.

Epilogus.

DE PROPOSITO.



Propositū est rei de qua queritur logica disputatio. Propositorū autē duo sunt genera: vnum ciuilis actionis, alterum cognitionis. Ciuilis autem actionis dicitur, quod habet actionem rē ciuilē continentem: vt, An vxor ducenda sit, An nauigandū, An muris vrbs munienda. Hæc enim omnia rem ciuilem

Propositi de finitio, & diuilio.

lem continent: cognitionis autem, quod sola mentis cogitatione inspicitur: vt, An rotundum sit cœlum, An plures mundi. Hæc enim sola mētis peruestigatione inquirūtur: in nullam autem cadunt hominum effectiōnem. Distat autem Propositum à Controuersia, quòd hæc circumstantiis septa teneatur: illud autem sine appositione circumstantiarum sit infinitū. Sunt porro circumstantiæ, personæ, res, causa, ac cætera generis eiusdem. Sicuti in hac quæstione, An vrbs munienda sit, disputatio persona caret. Sin inuadentibus Persis Lacedæmonii de eo deliberent, An muris Spartam muniāt, Cōtrouersia est. Personam enim habet Lacedæmonios deliberantes: rē autem: Sparteꝝ munitionem: causam porro

porro, Persarum incursum. Primū autem inter progymnasmata Propositum obiectionem habet, & subiectionem, veluti quaestio. Id vero hoc modo distribues: insinuatione primū pro exordio vtere: extremis deinceps capitibus: Legitimo, Iusto, utili, ac, Possibili.

PROPOSITI EXEMPLVM.

An uxor ducenda.

Insinuatio.



Visquis hanc mundi vniuersitatē compendio laudare studet, is mihi matrimoniū laudet. De cœlo enim in terras demissum est, & cœlum tamen aliquanto etiam magis diis adimpleuit, parensq; iis extitit, vnde parentis tributa appellatio: diisq; quos protulit, vim suam vt conseruarent permisit. In terras
autem

autem progressum, reliquis rebus omnibus ortum attulit: & in iis que cito dilabuntur producendis multiplici nascendi, ac succedendi serie ea ut permanerent, sapienter effecit. Ac primum viros ad animi fortitudinem accendit, ob id ipsum maxime, quod coniuges, ac liberos matrimonium secum affert, pro quibus bella suscipiuntur. Suis adeo muneribus robur animi nobis adiungit. Quin etiam preterquam quod fortes, amantes etiam æqui bonique matrimonium efficit. Nam quod sobolem largitur, homines liberis metuentes ab iniuria inferenda abducit. Neque verò viros tantum fortes ac iustos efficit, sed etiam sapientes: quippe cum ad curam exucitet & provisionem pignorum charis-

Rerū fluxarū æternitas.

A quatuor fontibus virtutum laudat matrimonium.

rissi-

rissimorum. Et quod postremò incredibile videatur, tēperātes ac moderatos reddit: cum in ipsas voluptatum illecebras temperantiam infundat. Nā quòd voluptatibus quasi legem indicit, temperantiæ lege coërcitas docet habere libidines, & quod per se vituperatione non vacat, id ipsum si cū matrimonio coniungatur, redditur laudabile. Quāobrem si & matrimonium deos genuit, & secundum hos singularum rerum genera propagavit, hominibus autem fortitudinem, iustitiam, sapiētiā, moderationemq; animi tribuit, nonne matrimonium summis laudibus efferri ac ornari debet? Esto inquires, sed multarum calamitatum auctōr est. Fortunam in eo non matrimonium videris incusare.

Matrimonium
tēperare docet
voluptates.

Epilogus.

Prima obiectio,
& subiectio.

fare. Eorum enim incommodorū, quibus interdū affligimur, in causa est fortunæ temeritas, non matrimonium: quæ verò munificè ac liberaliter largitur, eorum vtilitatē ac compendium haudquaquā casus attribuit. Quocirca matrimonium ab iis commodis, quibus nos afficit, laudare potius licet, quam ab iis vituperare incommodis, quorum effectrix est fortuna. Sin quæ aduersissima hominibus eueniunt, matrimonio placet assignare, num propterea nuptiis erit abstinendū? Neq; enim quæ in rebus insunt molestiæ, ac difficultates satis sunt idoneæ, ob quas res deuitentur. Atqui cōuerte mihi animum, & singulas artes circunspice, in iis profecto reperies, quod accuses. Procellæ agricolas infestant:

Elegans epagoge, in qua est argumentum a comparatione.

festant: grandinum ruineꝝ euertunt. Num igitur quòd procellis agri vastantur, ob id ipsum deseruntur ab iis? nonne coluntur potius, quãuis è cœlo quippiam erumpat, quod animum exulceret? Quid? nonne qui nauigant fortunæ aduersis flatibus interdum iactantur? & tempestate exorta sepe faciunt naufragiũ? non tamen ob id quod peculiariter perpetiuntur, nauigationem deserunt: sed calamitatẽ in fortunæ transferunt iniuriã, & relictis nauibus maris trãquilli prosperum traiectum expectant. Bella ac pugneꝝ bellantiũ corpora absumunt: non tamen idcirco, quòd qui præliantur, cadunt interdum, pugnas derelinquũt, sed quia qui fortiter pugnant, laudantur, mortẽ lubenter adeunt: quodq;

in re

in re inest incōmodi, boni occulūt, specie, ac dissimulant. Nō enim rerum incommodarum metu quęuis bona fugienda sunt, sed contra rerum bonarū causa deterrima etiā subeunda. Non igitur indignū fuerit agricolas, nautas, & postremò etiam milites summas difficultates ac molestias earum rerū gratia, quę cum his incommodis laudē habent coniunctam æquo animo ferre, matrimonium autem à nobis cōtemni quòd non nihil molestię secum importare videatur? Sed sit ita, inquires, mulieribus tamen viduitatē, orbitatem liberis sæpe attulit. At hæc mortis incōmoda sunt: cui⁹ affectus est secundū naturā. Itaq; matrimonio id vitio vertis, quòd homines, deos nō efficit: quòdque mortalia & in

Epilogus
agoges.

Tertia obie-
ctio, & subie-
ctio.

F ac

deorum numero minimè collo-
 cavit. Nam quid quæso in matri-
 monio accusas ea quæ nobis mors
 ipsa conciliat? aut quid in nuptiis ea
 criminariis, quæ naturæ fiunt prou-
 dētia. Quim eum occidere pateris,
 qui ea lege natus erat, vt fato funge-
 retur? Etenim, si, quod homines nati
 sum⁹, fati necessitate extinguimur,
 cùm maritus quispiam è vita disce-
 dens viduam vxorem reliquerit, li-
 beros pupillos, num matrimonium
 fecisse ea dices, quæ solius vi naturæ
 euenerunt? Equidem longe aliter
 sentio, qui & liberorum orbitatē, et
 matronarū viduitatem sarciri ma-
 trimonio & corrigi existimem. Ete-
 nim cuiuspiam intereat pater, hac
 quidem parte filius patre orbis est:
 sed patre orbis alterum parentem

Ab absurdo.

matrimoniū affert, & è nuptiis hoc molestiæ haudquaquam proficiscitur, sed nuptiis obscuratur potius, atque occulitur: estq; matrimoniū orbitatis dissimulatio, non argumentum. Iam verò cum viduitas per interitum à natura inuehatur, hanc cōtractis denuò nuptiis commutat, et quam mors viduarat, eidem cum viro vt queat conuiuere matrimonio tribuit, tãquam sui beneficii custos: siquidem quæ donarat initio sublata amissaq; restituit. Itaque viduitatem abolere nouit matrimonium, nō afferre. Quinetiam pater morte liberos amittit, at matrimonio aliorum fit particeps, & parens denuò efficitur, cui esse patri prorsus non licebat. Quid igitur ad criminandum ea transfers, quæ in sunt

Violatio rhetorica: qua argumentum in contrariū retorquetur.

Enumeratio ne probat institutum.

Epilogus, quo aduersariū vrget.

in matrimonio præstabilia? Laudare quidem certe videris velle matrimonium, non infectari. Nam quòd beneficia quibus ab illo afficimur enumerare nos cogis, matrimonii laudator es, non vituperator: siquidē huiusmodi criminatione in eius nos admirationem traducis, eiusq; beneficiorū enumeratione pro accusatione abuteris. Esto, inquires. At laboriosum est matrimonium. Et quicquam est quod perinde laborem leuet, ac matrimonium? Quam multi labores nuptiis tolluntur? leuatio profecto animi est congregari cum muliere quotidianæ causæ cōsuetudinis. Quantam verò suauitatem vitæ aspergit viri cum muliere liberorum causa coitio? Quantam animi tranquillitatem liberorū expecta-

Secunda obiectio, & subiectum.

Alia epagoge per enumerationem.

pectatio? qui expectati prodeunt in lucem, atque editi patrem blandiùs appellant, postea autem ad quampiam artē discendā meditandamq; deducuntur, fiuntq; patriorum laborum participes: concionum procellas subeunt, senibus victum præbent, & in summa, nam enarrandis commodis quæ matrimonium affert, nulla satis idonea oratio est, quicquid opus fuerit, id demum fiunt. Magnum igitur est munus matrimonii, à quo dii inuecti: mortalibus, excogitato permanēdi modo, diuinitatis species tributa. Id coniugatos iusta edocet, ad temperantiæ excitat animaduersionem, cum eas voluptates largiatur, quæ non videntur reddere deteriores. Quibus de causis plurimi faciendum

Patrū de liberis solatia:

Postremus epilogus:

F 3 matri-

matrimonium omnium hominum
consensus confirmavit.

DE LEGISLATIONE.



Quæ legisla-
tionis natura

Vinctiam Legislationem
præludium esse quidam
tradidere. Parum enim
abest quin sit Cōtrouer-
sia: neq; tamen Controuersiaē leges
seruat omnino. in eā enim persona
incurrit, non tamē quæ nota sit om-
nibus: quo quidem fit vt Propositi
magis sit, minùs autem Cōtrouer-
sia. Nam quòd in vniuersum per-
sonæ habet speciem, Propositi na-
turam exuperat: quòd circumstan-
tia naturam non seruat, infra Cō-
trouerfiam est. Est autem Legislatio
exercitatio duplex: legis latae tum
criminatio, tū etiam defensio. Lex
porrò munus est, atque inuentum
deorū,

Legislatio
nis definitio.

deorū, & erratorū, quibus in vtran-
que partem peccatur, correctio. Ac
Legislationis quidē huiusmodi est
partitio. Eam autem iisdem capiti-
bus conficies, quibus negotialem:
Legitimo, Iusto, Vtili, & eo quod fi-
eri potest. Procœmia primo loco sta-
tues: secūdū procœmia, caput quod
contrariū appellant, tū deinde capi-
tibus vtere, quibus vtendum dixi-
mus, quo fit à Thesi vt differat.

LEGISLATIONIS EXEMPLVM.

*Lex quæ indicta causa adulteros occidi
iubet, reprehenditur.*



Go verò neq; legem pro-
babo omnino, sed neque
scriptum omni ex parte
criminabor. Nam quòd
adulteros tollit de medio, equidem
non possum, quin eam laudē: quòd

Primum ex-
ordium.

F 4 iudi-

iudicum non expectauit sententiã,
 eius profecto institutum vehemẽ-
 ter reprehendo. Si enim iudicibus
 corruptelæ damnatis tollit iudicia,
 nã iniqua in iudices mēte esse aper-
 tẽ ostēditur : sin vos castẽ integreq;
 iudicia statuit exercere, vt quidem
 exercetis, nonne iniquum fuerit iu-
 dices laudare, iudicibus legem præ-
 ferre? Enimvero reliquæ omnes le-
 ges, quæ cum iam latis legibus pu-
 gnant, tametsi à quibusdam ciuita-
 tibus dissentiunt, congruunt tamen
 cum aliis, atq; consentiunt: hæc au-
 tẽ æquẽ omnibus aduersatur. Mihi
 quidem legem vt excutiatis, multo
 præstabilius videtur, præsertim cū
 omnem censeatis reipub. partẽ: mi-
 lites, sacerdotes, decreta omnia. Ac
 parum abest quim dicã omnia, quæ
 præ-

Secundum
 exordium.

preclare in bello geruntur, in iudicium venire disceptationem. Dux est exercitus, de quo disceptator iudicium fecit: fungitur item sacerdotio, quem iudex comprobavit: decretumque; quod à reliquis civibus excussum est, id demum ratum habetur: postremo bellicæ victoriæ nisi in disceptationem venerint prius, præmiis haudquaquam afficiuntur. Quamobrem nonne fuerit à ratione alienum ab omnibus disceptatorem expectari, solam hanc legem iudicum calculum recusare? Esto, inquires, sed magnæ sunt adulterorum iniuriæ. Quid nonne sunt homicidarum maiores? An minus aliis peccare proditores arbitrabimur? An non sunt proditoribus sacrilegi tetriciores? in his tamen deprehensi ad iudi-

Epagoge
per enumerationem.

Prima obiectio, & subiectio.

iudicium asseruantur: neq; proditor, nisi lata à iudice sententia, sceleris poenas luit: aut homicida, nisi accusator criminis eum cōuicerit, morte mulctatur, aut qui res praestantiorum furati sunt, nisi iudicibus id crimen cognoscere prius licuerit, vilo supplicio afficiuntur.

Argumentatur a cōparatis maioris, & minoris.

Nonne igitur absurdum fuerit, peccatis grauioribus poenas à iudicibus irrogari, neq; horum quicquam admissum videri, nisi de eo iudex pronunciarit, solum autem adulterum indicta causa occidi, quem praeter cæteris tanto magis iudicium experi-ri oportebat, quanto leuius peccat quàm cæteri? Sed quid intererit, in quies, adulterum occidas, an iudicibus tradas, siquidem vtrauis via pariter morte afficietur. Quāto interuallo

Secunda obiectio, & subiectio.

tyrannus,

tyrannus, ac lex disiunguntur, quātoq; discrimine popularis status a regio differt dominatu. Tyranni enim est quem collibuerit, occidere: legis autem iure, qui criminis cōuictus fuerit, morte mulctare. Et quidē populus ea de quibus in concione agit, iudiciū cōmittit disceptationi, monarcha vindicat ille quidē, in iudicium tamē neminē adhibet. Duo hęc a deo populus ac lex, ex actionibus tyranno contrariis omnia confecere. Nonne igitur intererit adulterum occidas, an iudicibus tradas? Accedit his etiam quòd qui adulterum necat, se facit sententię dominum ac moderatorem: qui iudici tradit, facti iurisdictionem iudicibus defert. Satiùs autem profecto est penes iudicem sententię potestata-

A differenti-
bus proposi-
to simili ar-
gumentatur.

id est
id est
id est

id est
id est
id est

A legitimo.



testatem esse, quã penes accusatorẽ.
 lam verò qui ipse adulterũ occidit,
 ob aliud occidisse mouet Inspicio-
 nem: qui ad iudices refert, ius equũ-
 que videtur persequi. Sit ita sanè, in-
 quies, sed grauius suppliciũ feret, si
 primo quoq; tẽpore morte mulcte-
 tur. Nã alioqui lucrabitur quod ad
 iudiciũ vsq; tẽporis intercedit. Imo
 verò si iudiciũ subeat, habebit lōge
 secº. Vitã enim post hæc acerbiorẽ
 deget: siquidẽ poenã expectare gra-
 uius est, quã perpeti, suppliciiq; tar-
 ditas, poenę videtur accessio. Morie-
 tur sæpe, qui se opinabitur moritu-
 rũ: acerbiorẽ nãq; habebit ipso ex-
 perimento mortis expectationẽ, At
 mœchus repentina morte affectus,
 mortis sensũ amittit. poenę enim sē-
 sum celeritas occulit. Mors omni ca-
 ret

A Iusto.

Tertia obie-
 ctio, & subie-
 ctio.

Violat argu-
 mētum, & in
 contrarium
 ducit.

ret dolore, quę citius opinione acci-
 dit: at expectata sæpius, semel autē
 illata, crebris expectationibus pœ-
 nã metitur. Hęc igitur ex aduerso
 inter se cõmissa considera. Qui ipse
 adulterũ occidit, neminem adhibet
 supplicii testē: qui iudicibus tradit,
 pœnæ multos facit spectatores. Est
 autē pœnæ modus grauior specta-
 torũ oculis subiectus: alioqui adul-
 terorũ è re fuerit clã interire, quòd
 plerisq; suspicionem relinquēt ini-
 micitiarũ causa esse morte affectos:
 at delicto p̄bato iudicibus, qui inte-
 ribit, haud dubias pœnas luet. Quã-
 obrem, quod ad eũ attinet, intererit
 clamné adulter occisus, an iudici-
 bus traditus fuerit. Nefaria res adul-
 ter, & omnem scelerum transgressa
 magnitudinem. conuincatur igitur
 prius,

Sententia au-
 titiſtis ele-
 gans.

Verba sunt
 aduersarii.

prius, & morte deinceps afficiatur:
 iudiciūq; subeat potius, quàm nō
 expectato iudicio puniatur. Sic enī
 de medio sublatus, liberorum sobo-
 lem certiozem dabit: nemoq; dubi-
 tabit, adulteris hac luce in posterū
 priuatis, cuius filius fuerit commu-
 nis maleficiū nature: eoq; commu-
 ni decreto foetus editus exponatur.
 Alioqui vereor ne permultos adul-
 ter similes sui relinquat, si quamo-
 brem occiditur, nesciatur. Eū enim
 æmulabuntur alii, qui qua de causa
 ei mors afferatur, nesciunt, eritq;
 initium morbi, non autē finis
 sumptum de adultero
 supplicium.

Finis Laus deo.

FRANCISICI SCOBARII

IN GYMNASIO BARCINO

*nensi eloquentiæ professoris de fabula
commentatio.*

VERO à grammaticis ad
Rhetorem deducto, fa-
bulæ omnium primum
ac narrationes proponi

debent, in quibus pertexendis vires
experiatur ingenii, & rerum genere
ac verborum orationem formare
doceatur. Rerum enim, quæ narra-
buntur, suauitate: & eorum quæ à
grāmaticis didicerit similitudine,
ad grauiora studia procliuiùs addu-
cetur. Fabulæ autem idcirco narra-
tionibus præferuntur, quòd præter
voluptatē, qua mirificè pueros de-
lectant, honesti etiā cognitione te-
neros adhuc eorū animos imbuūt,

G atque

atque informant: quod minimè est diligenti præceptori negligendum. Quibus de causis cū fabula meritò primum sibi locum vendicet, de ea quoq; primo loco differamus. Huius igitur omnis explicatio tres in partes à nobis distribuetur: inuentionem, tractationem, atque etiam vsum. Sic enim & vnde haurienda sit, & quomodo texenda, & postremò quas ad res accommodanda, facillimè intelligetur. Ac fabula quidem ex similitudinis fonte ducitur: cuius cum vna vis sit imaginis, tribus tamen diducta riuis in parabolam, exemplum, & fabulam distrahitur: quorū, quæ in rebus naturalibus cernitur similitudo, parabola dicitur: quæ in rebus gestis, exemplum: in fictis, fabula nuncupatur. Itaque

Itaque qui fabulam volet inuenire ad fontem similitudinis referat se necesse est. Sed id vt certa ratione faciat, fabularū instituenda est partitio, ex qua quod ad genus quæque debeat reuocari, scire possit. Et quāquam earum magna est varietas, tribus tamen generibus videtur posse comprehendi, poëmatum, apologorum, & argumentorū. Poëmata autem appello poëtarum commenta, quæ non modo à veritate abhorrēt, sed etiam sæpissime ab imagine veritatis: quæ partim ab iis sponte finguntur, partim autem ex aliqua persuasionē: apologos autē, in quibus, tametsi finguntur cum à veritate tum etiam à natura abhorrentia, eo tamen spectant, vt veluti quandam veritatis imaginē defigant in oculis:

lis: cuius admonitu rudes doceantur. Huius generis sunt fabulæ oratoricę, de quibus hæc à nobis instituitur disputatio. Postremò argumenta ea voco, quæ res falsas complectuntur, sed vero tamen ita similes, vt penè gestæ videantur: quæ quòd personis aguntur, ac repræsentantur, *Ἀράματα* à Græcis dicuntur, hoc est, acta. Atque huius quidem generis sunt fabulæ comicorum poëtarū: quas propemodum geri putes, dum aguntur. Quæ quanquam poëmata dici possunt, sunt enim poëtarum inuenta, tamen quoniã longe mihi videntur à reliquorum poëtarū inuentis esse disiunctæ, in alio quodam genere eas colloco. Differunt enĩ à reliquis poëmatis & rerū genere, & orationis. De oratione te

stis

stis est M. Cicero, qui Oratore ad Brutum Platonis, inquit, locutio potius poëma putandum est, quã comicorum poëtarum: apud quos, nisi quod versiculi sunt, nihil est aliud quotidiani dissimile sermonis. Res autem orationis genus fere sequuntur, nihilq; abhorrent in comœdiis à quotidiana hominum vita: ad quã exprimendam, & subiiciendã oculis comparantur. Sed poëmatis genus rursus in duas partes diuiditur. Quæ enim poëtæ comminiscuntur, aut ad solam legentium illecebram modo adhibentur, nulla, quæ iis significetur aut substrata, aut subiecta sententia: aut certè eiusmodi sunt, vt si ea cortice tenus spectes, delirantium insomnia videantur: si intro aspexeris, iis naturæ arcana i-

G 3 uolui,

uolui, & quasi quodã velamine ob-
 duci animaduertas. Prioris generis
 sunt fabulosæ narrationes, quæ ad
 proximũ progymnasma pertinent:
 posterioris autem, ænigmata, quo-
 rũ vtilitas quoniã oratione perqui-
 ri consuevit, ad chrias Fabio non
 immeritò referuntur. Sed quoniam
 pictori poëta ita propinquus est, vt
 eos Horatius ï arte poëtica artificii
 similitudine inter se copularit, pa-
 remq; vtriq; audēdi potestatem fe-
 cerit, poëtarum enim fictio picturã
 proximè imitatur, fabularum gene-
 ra, vt ante diuisimus, sic etiam na-
 tura distingui, pictorum operibus
 demonstrari facillimè & penè ob
 oculos statui, proferriq; potest. In
 picturis enim quẽdã portentosè de-
 picta licet intueri: quædam autem
 si nõ

si non portentose, alieno tamen ornatu, non proprio atq; suo: quędam autem ita accuratę cuiuspiam rei effigiem exprimere, vt eam penę spirare videantur. Primi generis sunt Chimera, Centauri: secundi autem arbores aureę cigni argentei: tertii, expressa cuiuspiam imago. Portęto sis picturis persimile est poęma, alieno instructis ornatu, apologus: cuiuspiam rei effigiem exprimętibus. argumentum: hoc enim veritatem proximę imitatur: secundo loco apologus: poęma autem, aut non imitatur, aut certę obscurius. Nā quod poęsim sic illustrat, vt limbi monstrifis animalium figuris elaborati signa ac tabulas, quibus prętexuntur, nullam omnino veritatis imaginem prębet, sed ad solam legen-

tium oblectationem comparatur. Quod autem instar ænigmatis res velat nugarum specie in media philosophia reconditas, obscurã habet veritatis significationem, vel dissimulationem potius: vt non abs re cum prodigiosis picturis poëma cõmittatur. Propius ad veritatem accedit apologus: cum ad eam prodẽdam, non velandam, obducẽdamq; adhibeatur. Cum enim nonnulli reperiantur acutiori sensu palati præditi quam cordis, ducanturq; crassis imaginibus potius quàm vi veritatis, vt iis inferuiatur, veritas apologo velut simulachro quodam adumbratur: in quo tãquã in speculo eam inspicere atq; intueri possunt. Ducitur autem apologus ex earum rerum quæ confingũtur moribus, sicut

sicut ex naturis id genus poëmaticis, in quo est ænigma: vt cum in columbis innata sit mirifica quædam sobolis propagandæ fœcunditas, ac simplicitas morum, ex hac materies sumetur apologi: ex illa poëmaticis. Itaq; cum à poëtis columbæ Veneri sacræ ob id ipsum dicuntur, quod vigente Veneris astro in omnia rerum genera natura sit fœcundissima, poëma ex columbarum natura ducitur: cum autem à columbis cū miluo bellum gerentibus rex delectus accipiter in eam tyrannidem fingitur exercuisse, apologus ex columbarum sumitur moribus: quo hominum parum prouidorū stulta simplicitas reprehenditur. ac verisimiliter id quidem, si fictionis formam atq; instructionē spectes: sin materiem,

riem, incredibiliter. Qua in re ei picturæ apologus per similis videtur, in quo lineamenta veritatē imitantur, materies autem lōge ab ea abhorret. Lineamentis enim picturæ fabulæ instructio respondet, atque adornatio: sylvia autem animalium ratione carentium, cæterarumq; rerum, quibus humani mores tribuuntur, auro argentoq;, quibus depictæ rerum figurę supra modum ornantur. Est igitur partim verisimilis apologus, partim incredibilis: cum argumentum omni ex parte veritatem referat. In eo enim neq; subiecta materies à fide abhorret, neq; fabulæ instructio atque adornatio. quin etiam personarū actione adiuuatur. Sed cum per totas comœdias latissimè fundatur, prolixius est,

est, quã vt ad orationem possit traduci: nisi si quæpiam eius particula testimonii loco interdum citatur: quod fecisse M. Ciceronem plerisq; locis legimus. Ex quo intelligi licet ex tribus fabularum generibus apologos tantum huius loci proprios esse: poemata partim ad narrationes, partim autem ad Chrias pertinere, eodẽq; ex Comœdiis sumpta testimonia referri posse. Atq; illud etiã perspicuum est in inueniendis apologo ad similitudinẽ, velut ad fontem, cogitationem animi dirigi debere: vt ei, quod volumus docere simulachrum quoddam adornemus. Id autem erit ex animalium ratione carentium, aliarumue rerum, quæ in fabulas cadunt, actionibus, tanquã lineamentis quibusdã, ad vnius rei

rei compositionem conspirantibus, conflata quædam confictio: cuius materies ex iis rebus quæ sita, quæ rudibus adblanditur, ad humanos mores sic traducetur, vt cuiusq; moribus, ea quæ, fingentur, consentiant. Mores autem brutorum animalium quasdam appello morum similitudine humanorum naturales propensiones, quibus hominum actiones videntur imitari. Atque vt hæc fabulæ inueniendæ ratio exemplo eluceat: fingamus sanè docendum esse homines parum prudentes stulta quadam simplicitate in deteriorẽ vitæ statum ruere solere ex non bono, & pristinam fortunam plerunq; desiderare. Materies simulachro fingendo commodissima erit, columbæ, miluus, accipiter: quorum quidem colum-

columbæ ad representandam simplicitatem iniuriæ obnoxia fumentur: miluus atque accipiter ad iniuriam. Actiones his tribuentur cum cuiusq; moribus consentientes, ex quibus coalescat fictio. vt si columbis pugna cū miluo ad propulsandam iniuriam, miluo autem ad inferendam tribuatur: item columbis regis accipitris creatio, huic autem, tyrannis: quæ quidem cum cuiusq; moribus consentiunt. pugna à colūbis defendendi sui causa, quòd iniuriæ obnoxia: à miluo, quòd rapax, & rapto viuens: columbarum in creando rege accipitre, cuius fidem notam non habeant, imprudentia, quòd simplices: accipitris tyrannis, quod miluo etiã violentior, & ad inferendam iniuriam propensior.

fior. Ex his actionibus tanquã linea
mentis emanat fictio: quæ quidem
ei, quod docendum proponebatur,
erit pro simulachro: eaq; erit eius-
modi. Columbæ olim cum miluo
bellum gerebant, ei cum obsisti nõ
posset, regem accipitrem delegere:
hic autem regnum adeptus, nihilo
clementiùs quàm hostis columbas
habuit. Licet idem fingere in qua-
drupedibus eadem obseruata rati-
one: vt si pro colūbis oues, pro mil-
uo lupus sumatur, pro accipitre re-
ge, leo. Eosdem enim ferè in his qua-
drupedibus, atque in illis alitibus
mores notare possis. Ex iis quæ à
nobis dicta sunt, dilucidum esse ar-
bitror quæ fabulæ inueniendæ ra-
tio tenenda sit. Sequitur tractatio,
quæ quidem eadẽ est fabulæ, ac nar-
rationis

rationis. Sublato enim promythio aut epimythio, reliquum fabule nihil aliud est quam fabulosa narratio. Nihilné igitur secundum progymnasma differt à fabula? modo quidem narrandi nihil, sine autem, propter quem instituitur, plurimū. Omnis enim ad docendos similitudine rudes in fabula comparatur, instituiturq; narratio: at in secundo præludio, ad prodendum aliquem euētum. ficta quidem vtraq; est, sed fingendi ratio dispar. Quoniam igitur vtrobique in narrando eadem ratio, idemque orationis character seruator, & vtriusq; eadem tractatio est, ex narrationis præceptis huc transferenda sunt quæ ad fabulæ tractationem pertinent. Ac quemadmodum narrari dupliciter solet:

aut

aut enim breuiter, concisè, nudè ac nullis oratoriis ornamentis adhibitis: aut fusiùs, hoc est, accersita copiosa supellectile locupletis orationis: sic etiam fabulæ aut contractæ paucis periodis concluduntur, aut latè funduntur, dilatanturq; rerum ac verborũ varietate, & copia. Huius vtriusq; in explicanda fabula rationis breuiter præcepta trademus: neq; enim quid pueri præstare possint, qui vix dũ prima rhetorices elementa attigerint, spectamus, quod fecit Aphthonius, sed quid sit in re, atq; natura. Vtriusq; igitur tum fabulæ, tum narrationis siue contractæ, siue dilatatæ commune est, vt quadam veluti serie per circumstantias tanquam narrandi membra, & gradus liberè ad vmbilicum perducatur.

ducatur: magisq̄ue feratur sponte,
quàm alligetur. Nam sicut oratio,
quæ in ratiocinando posita est, cõ-
firmando, excipiendo, aduersando,
cõcludendoq̄; ac reliquis ratiocinã
di partibus propè infinitis, & vim
eam obtinentibus coniunçtionibus
astringitur, ita narratio personis, lo-
cis, temporibus, causis, cæterisq̄; ge-
neris eiusdem earumue nominibus,
aut aduerbiis velut gradatim spar-
sa, euẽtuũ crescit additatione. Quo
fit vt solutior sit narrandi chara-
cter, & breuibus colis, iisdemq̄; libe-
ris gaudeat. Hic non de maiestate
Liuianæ historiæ loquor: quæ, si nõ
intellexeris, sæpius legenda propo-
nitur, non autem semel audienda:
neq; de eo genere argumentose nar-
rationis: quæ ratiocinantionẽ habet

H adm-

admixtam. Terentianas narratiunculas tibi subiice, breues, dilucidas, plenas festiuitatis, quæ usque adeo astrictæ non sunt, vt ne relatiuo quidem, qui, quæ, quod, plerunque aligentur, sed pro eo sit, is, ea, id: quo solutior reddatur oratio. Sed aliquam Terentianæ narrationis partem excutiamus. Is igitur in Andria sic fere narrat.

*Fere in diebus paucis, quibus hæc acta sunt,
Chrysis uicina hæc moritur.*

Deinde subiicit:

Ibi tum filius

*Cum illis, qui amabant Chrysidem, una aderat frequens,
Curabat una funus: tristis interim:*

Nonnunquam collachrumabat: placuit id tum mihi.

Circumstantias obserua, in diebus paucis, ibi tum filius: quibus & rem ordine explicat, & orationem non tam deuincit, quàm producit. Non enim orationis membra tam inter se
cohæ.

cohærent, quàm rerũ seruato ordine inuicem adhærescunt. Illa verò:

funus interim

Procedit: sequimur: ad sepulchrum uenimus:

In ignem posita est: fletur.

Quam libera? quã nõ alligata? cætera autẽ quæ sequuntur, haud absimilia. Texitur igitur siue fabula, siue narratio circumstantiarum explicatricibus particulis, sine accurata cõiunctionum deuinctione: idq; rerũ ordine seruato: hoc est, si causę præcedant, euenta subsequantur, præferanturq; semper ea, quorũ ex cognitione lux insequentibus affertur. Quod in narratione Aphthonii videre perfacile est: in qua animaduerte quatuor narrandi gradus: amorem, vim ex amore ortam, ad pro- perationem vim subsequutã, & vulnus, qui ad permutatum rosæ colo-

H 2 rem

rem explicandum ordine dispositi,
non secus ac viam milliaria, aut pa-
rasangæ narrationem conficiunt:
sicut singuli gradus circumstantiis
veluti passibus constant, quibus in
narrando proceditur. Hoc verò ra-
tiocinatricis orationis, & narrato-
riæ discrimen tantum momenti ha-
bet ad vtriusque orationis virtutes
cuiusque proprias retinendas, vt eo
spreto, vitiis adulterata oratio gra-
tiam omnem amittat. De ratioci-
natrice taceo: quòd de ea nõ est hic
differēdi locus: narratoriæ quidem
certe clausularum, ac colorum so-
lutorum libertas non modo breui-
tatem conciliat, sed præcipuã etiam
narrationis virtutem diluciditatẽ.
Nam etsi ex electione verborum ea
primum manat (qua de nobis pro-
posi-

positum minimè fuit differere) tamen miram vim habet ad dilucidam orationem efficiendam rerũ ordine dispositarum libera , ac minimè astricta structura. Quid quòd modus, quo quippiam factũ est, explicari commodè non potest sine hac orationis solutione? Atque hæc quidem fabulæ & contractæ, & dilatatæ præcepta communia . Sunt autem propria dilatatæ, vt non dicatur solum quid gestũ sit: sed modus etiam quo quicque gestum sit, accuratè exprimatur: descriptiones personarum, locorum, temporum, cæterarumq; rerum pro eo ac res, quæ narrabitur, videbitur postulare, adhibeantur: interponanturq; personarum colloquia, vt res non dici modo, sed etiam imitando

H 3 ex-

exprimi videatur. Mirū enim quā-
 tam vim habēt ad affectus morēsq;
 qui in quoq; insunt, exprimendos.
 Huius etiam loci sunt ornādæ nar-
 rationis ac orationis dilatandæ quę
 uis præcepta: quæ partim præte-
 reo, partim leuiter percurro, quo-
 niã sunt Marco Ciceroni & in Par-
 titionibus oratoriis & secundo de
 Oratore libro diligentissimè expli-
 cata. Ac de tractatione quidem hæc
 satis. Vfus restat omnino: qui fabu-
 larum est sanè quam varius. Nam
 & ad agrestiores docendos, & ad
 eleuādos aduersarios, & ad eos, qui
 buscū agimus seuerius castigādos,
 ad iudicium frangēdam seueritatē,
 & ad leuandum tædium, hilarita-
 temq; inducendam, aliasq; infinitas
 propè utilitates, quas enumerare lō-
 gum

gum esset, fabulæ adhibentur: vt, quemadmodum cibi variis falsamentis conditi variè sensum gustatus afficiunt, sic fabulis aspersa oratio incredibiles affert animis, easq; differentes inter se voluptates: quas quidem exponere exemplis erit facilius, quàm præceptis. Ad docendos quidem rudes, celebris est ille apud Liuium de membris ac vëtre apologus, quo plebs, quæ à patribus ob ciuiles dissensiones secesserat, à Menennio Agrippa in ciuitatem reducta est: & de canibus ouium custodibus, quibuscum Oratores cõparantur Demostheni. Ad refellendos aduersarios, aut futiles homines eleuandos, cuius generis apologus fuit, de duobus iuuenibus: qui pellem vrsi pro simbolo pacti cum

H 4 hos

hospite, ad primum vrsi occursum
perterriti profugerunt: quorū alter
pedibus melior fuga salutis cōsuluit:
alter in terram procidit mortuum
assimulans, quòd vrsos in cadauera
minimè sœuire dicantur: qui, cū vr-
sus præteriens eū olfecisset, & pro
cadauere reliquisset intactū, roga-
tus à socio quid sibi vrsus in aurē di-
xisset, ne de pelle quicquā pascisce-
rētur, respondit, quin prius se pere-
missent. Quo apologo regē Galliæ
ad eludendū Burgundię ducē vsum
ferunt: cū regem esset hortatus ad
bellū aduersus Maximilianū impe-
ratorem suscipiendū, regnaq; quæ
ditionis Maximiliani forent, ante vi-
ctoriam cum rege esset partitus. Ad
increpandos eos, quibuscū agimus,
qualis fuit ille apud Demosthenem
de

de asini vmbra apologus, quo populum Atheniensem rempub. segniter capeffentem, ad eam capeffendã seuerius hortatur. Ad seueritatẽ iudicium frangẽdam, & hilaritatẽ aspergendã, quales fabulosæ narrationes inter facetias in secũdo de Oratore libro M. Ciceroni enumerantur. Sunt aliæ infinitæ propè fabulę utilitates, quæ prudenti oratori, cum res postulabit, facilius se offerent, quàm dici à nobis explicariq; possent. Hæc habebam quæ de fabula dicerem: quæ quo dilucidiora fiãt, fabulæ dilatatæ exemplum subiicimus, vt in eo, quæ præcepimus, obseruari ac notari queant.

Ventus olim, ac Sol humani corporis speciẽ induerant, vt per hunc habitatum orbem mortalibus expa-

tia-

tiarentur. Erat vterque procero, & bene quadrato corpore, sed alteri fera facies, hirsutum capillitium, & post tergū adductum: alteri autem mira oris venustas, quam rutilus splendor circūdederat: vix vt aduersum posses intueri. Inierant itineris societatem, quòd cū tanta vtriusq; vis sit, vt humanis opibus vix ei obfisti queat, neminem existimarent fore mortaliū, qui, si quæ forte imperassent, non promptissime obsequeretur, præsertim si numina cōiungerent. Non multo post, cū nō nihil essent emensi viæ, fit vtrique Mors obuiã, tametsi situ & pallore fœda, horrenda tamen aspectu, & in qua appareret augustū quiddã, & nō expers maximi numinis. Quæ sit sciscitatur. Tum illa: Morsum, inquit,

inquit, cuius ad solam appellationē
exhorrescūt mortales, totisq; artu-
bus contremiscunt. Tantū est meū
numen, tamq; formidabile. Sed vos
vicissim, nisi molestū est, qui estis,
quoue affectatis viam? Tū Ventus,
hic est Sol, ego Vētus, vt pro vtroq;
respondeam. Huic cū collibitū est,
exardescūt æstibus, & flammis om-
nia, vicissimq; frigoribus, & gelu ri-
gent. Ego autem, cū visum est, quic-
quid obuiā est, rapio, agoq;, & cœlo
terram misceo: ob idq; mortalibus
formidabiles, pro diis culti magno
in honore habemur. Nunc autē per
hunc inferiorem orbē animi gratia
placuit excurrere operis quotidiani
exortes. Et illa: Mihi quoq;, inquit,
si me in vestrum sodalitium recipi-
tis, otiari à labore cordi est. Recipi-
tur

tur focia, coniungunt itineris sodalitium: simulq; viā ingressi, aliquāto post in amoenam quandā planiciē deueniunt. Ibi iucundissima herbarum viriditas altè terrā vestiebat: accedebat perennitas fontiū, & auiularum suauissimus concentus: ob quæ ad conquiescēdum locus visus commodissimus: coeptumq; de cōuiuio parando agitari. Infederat tū forte in propinquo pastor quidam colliculum, quo numerosum gregē pascendi causa cōpulerat. Eū Mors conspicata: Quin pastoreū illum adimus, inquit, et vt de grege det ad cōuiuandū arietem postulamus. Hic Vētus: Id, inquit, in me suscipio, vos curate cetera: simulq; ad pastoreū capessit viam. Quo cū peruenisset, docet qui sit, quantū possit: sibi pingui ariete

ariete opus esse, si liberaliter detur, gratum aduersum se futurū: sin negetur, inuecturum rapidissimū Boream, & ingenti gregis clade contemptum numen vlturum. Pastor vbi viagi videt, leuiter, & blandè causas neçtere: gregem suum non esse: si tamen vlla ratione possit, se vento obsequi cupere: hero pecus esse numeratum: rationē, qua hero satisfiat iniri oportere: quæ dū causatur, pecus in proximū recessum agit, quo nulla vis venti poterat irumpere: quo pastor cum gregem compulisset, tum liberius agere. Enimuero tyrannicū esse per vim minasq; rem alienam auferre velle: nihil se minis permoueri: Boream vt volet inuehat, sibi in animo esse rem heri strenuè tueri. Hoc astu

Ventus

Ventus delusus, secum stomachans,
suamq; ignauiam & pastoris perfidiã
accusans, ad sodales reuertitur.
Tum Sol. At mihi recessus omnes
peruii, nullaq; est terræ plaga, quo
non meorũ radiorũ rutilus pertin-
gat fulgor: cum illo delusore rem
mihi esse volo. Hac fiducia Sol ad
pastorem pergat, & cū eo de ariete
agit. Cum se impetrasse non diffi-
deret, non dissimili ac Ventus, astu
deluditur: grege in proximam spe-
luncam compulso. Redit igitur ad
sodales plenus ille quidem irarum,
sed pristinae fiduciae verecundia nõ
leuiter suffusus. Tum Mors id mu-
neris sibi deposcit, facturam vt in-
telligant quantum sit Mortis nu-
men. pastorem adit, qui se spelunca
adhuc continebat. Tum illa: Heus
pastor

pastor Quis, inquit ille, tam effera
me compellat voce? Mors sum, in-
quit. Tum pastor. Ecquid est hera
in quo obsequio meo opus sit tibi?
Ariete, inquit, mihi opus est pingui,
bene saginato. & ille: seligetur hera
diligēter: & ne tibi sit oneri, his ego
humeris ferā. Nihil cūctatus pastor
egregium arietē humeris imponit:
Mortem præire iubet, ipse subsequi-
tur. Aliquantum processerāt, cum
pastor mira altitudine arborem vi-
det infinitis propè præditam ramis:
frōdosam adeo, vt latè locū, in quo
insita erat, opacaret: & quod magis
ille mirabatur, nominibus singula
folia inscripta erant. Rei nouitate
perculsus, Mortem quæ sit ea arbor
rogat. Tum illa: fatifera est arbor,
inquit: quæ me quocūq; eo, insequi-
tur:

tur:frondes autem quos inscriptos,
& penè innumeros vides, nomina
sunt, & vitæ viuentium: si quis nas-
citur, mox folium eius inscriptũ no-
mine exoritur: cum autẽ cuiuspiam
aduenit fati dies, foliũ decidit: ego
autem lecto nomine, mox eũ peri-
mo. nam hæ sunt meæ partes. Tum
ille: Spõte ne & temerè, an cuiuspiã
iussu decidũt folia? minime, inquit,
temerè, sed solo dei iussu vel exori-
untur vel decidunt, nemoq; est, qui
vel frondem affigere queat, vel exi-
mere quãtumuis conetur. O te ridi-
culã, inquit ille, Quid enim aliud es
quàm carnifex, quem ne fontes qui-
dem metuunt. Abi in malam rē cū
feritate isthac: mihi arietẽ ad gregẽ
referre certũ est. Atq; ita morte ir-
risa & cõtempta, pastor arietem ad
gregẽ

gregem reducit. Hæc fabula innuit nullam esse tantam vim, quam non eludere queat viri fortis prudētia: ipsúmque virum fortem ne mortis quidem terroribus permoueri, cū magis sit territamentum puerorū, quam sollicitudo, aut cura prudentium. Vnum Deum metui deberē, cuius in manu ius est vitę ac interitus omnium, quę ipse immensia sua bonitate procreauit.

CHRISTIAE EXEMPLVM.



Agesilaus ille Lacedæmoniorum rex, vir omni genere laudis abundans, interrogatus à quodā: quibus rebus traducenda esset ętas puerilis: quibus inquit, reliqua ętas. Cum cæteris omnibus gentibus ac nationibus Lacedæmonii sanctis-

I simæ

sime disciplinæ gloria præstiterint,
 haud immeritò in ea laude Agefilai
 nomē, quàm reliquorum omnium
 Lacedæmoniorū habetur illustrius:
 præsertim cum in historia plura ab
 eo, quàm à cæteris omnibus nō mo-
 do grauisimè ac sapiētissimè dicta,
 sed etiam sanctissimè & fortissimè
 facta laudētur. Cuius quidē gloriæ,
 quæ omnem lōginquissimi tēporis
 obliuionē celebritate sua superauit,
 cū sementē fecisset puer, vir fructū
 eius sementis collegit longè vberri-
 mū. Nouerat siquidē imperare, qui
 à puero parere didicisset: sapiētissi-
 mè poterat suadere, qui in adolescē-
 tia prudētiū consilia minimè repu-
 diaffet: postremo copiosissime qua-
 uis de re proposita differere, qui in
 informādo optimarū artiū studiis

in-

ingenio, & assidua exercitatione ac-
cuēda linguæ prudentia omne ado-
lescentiæ suæ tempus cōsumpsisset.
Altè nanq; radices agit virtus exer-
citatione puerili, & mores à puero
bene cōpositi, nō facilè vlla tēporū
commutatione ad turpitudinē dila-
būtur. Rex igitur ille sapiētissimus,
qui ita se cōparasset, vt quæ vera ac
recta iudicasset, re ac factis compro-
baret, de ineunda vitę ratione roga-
tus sentētiam, eius bene ac laudabili-
ter instituendæ vim omnē in pueri-
li exercitatione collocavit. Nec me
hercule iniuria. Nā quæ in pueritia
quotidiana exercitatione teruntur,
reliquo tempore ætatis non modo
fiunt procliuia, sed etiam sui cupidi-
tatem in nobis plerunq; cōmouent:
nemóque est: quin iis rebus reliquo

tēpore vite sue sit deditus, quas facti
tauerit puer. Quę cum ita habeant,
quis ei qui à puero rebus honestis
assueuerit, labores pro otio, pericu-
la pro ludo, acerba pro voluptati-
bus, damna pro cōmodis, postremo
ardua ac difficilia pro facilibus ac
plausibilibus esse non putet? Quo
maiore ope niti debemus, vt dulce-
dine laudis animos nostros inescare
discamus, vt ei⁹ singulari inflāmati
cupiditate, ad res magnas plenaſq;
laborum suscipiendas & gerendas
sponte incitemur. Quarum quidem
vis omnis in mente ac lingua mihi
videtur esse posita: quarū ex altera
vitæ omnis prouisio, ex altera fru-
ctiuosa ad communem vite societa-
tem consilia proficiscuntur. In qui-
bus excolendis qui summo studio
in

in adolescentia elaborauerit, hunc ego iudico non rerum gestarum modo gloria in sua repub. sed etiam consilio ac sapientia principem futurum. Quamobrem sapientissimi viri, qui repub. optimè fundatas posteris suis reliquere, iuuentutem in dialecticis, in rhetoricis, in vniuersa denique philosophia publicè semper curarunt erudiri, quod existimarent eos ad rempub. regendam minimè idoneos futuros, qui hisce artibus non essent instructi. Ac meritò, mea quidem sententia. Quid enim laude dignum gerat is, cuius animus in profundissima rerum ignoratione tanquam in densissimis tenebris versetur desidia atque ignauia torpescens? aut quam tam ad regendos multitudinis ani-

mos auctoritatem afferat is, qui sit
lingua atque oratione infans? Quæ
ad respub. administrandas, mētem
dico ac linguam, tam sunt necessa-
ria, quam ad corporis munia obeū-
da spiritus & vita. Quemadmodum
igitur ei qui in adolescentia foeda
ventris ingluvie vitales corporis spi-
ritus oppresserit, effuderit venereis
libidinibus, muliebri quadam mol-
litie eneruarit, reliqua ætas mille
morbis obnoxia inæquabili valetu-
dine transigatur necesse est: sin eos
moderato fouerit cibo, & quotidi-
ana exercitatione commouerit, vt
facile quemuis corporis motū sua
agitatione sequantur, eiq; subserui-
ant, per omne tempus ætatis vege-
tum corpus, valens ac vicens perdu-
ret oportet: sic qui ab ineunte ætate
ani-

animum suum otio ac desidia tradiderit, nulli honesto studio ac præclaræ laudi intentus, cum ad maturam ætatem peruenerit, inertissimus, & ad res gerendas ineptissimus sit necesse est. Sin animum præclaris actionibus exercitauerit, optimis artibus aluerit, dubitare nemo possit, quin is reliquo tempore suæ ætatis admirabili sapientia, rerum gestarum gloria, laudéque princeps sit futurus. Nisi vero Gn. Pompeio, qui ex rerum gestarum amplitudine magni cognomen inuenit, laudem militarem, qua maximè floruit, res alia quæpiam peperit, ac non disciplina bellica, quam à L. Sylla clarissimo fortissimoq; imperatore adulescens, ac penè puer acceperat: aut Platonem philosophorum omnium

principē in diuersissimo studio res
quæpiam alia admirabilem effecit,
ac nō Socratis disciplina. Innumera
biles alios prætermitto in suo quos-
que laudis genere præstātes, quibus
ad tantā gloriæ amplitudinē, quan-
tam sunt adepti, niti haud quaquam
licuisset, nisi traducta in exercitati-
onibus honestis pueritia robur ac
firmitatem dedisset. Quocirca præ-
clare M. fabius de futuro oratore
præcipiens, cum suscepta de puero
aliquo spes emoritur cū ætate, eius
rei causam non ad deficientem na-
turā, sed ad parentum incuriam re-
fert. Vis enim animi, si non inertia
sopiatur, cum ætate accrescat atque
accendatur necesse est. Quamobrē
haud immeritō Agesilai virtūtem
egregiam omnium mortaliū fama
cele-

celebrauit, qui postremitatem omnē
pulcherrimē admonuit, quibus re-
bus ad vitæ immortalē gloriam
niti optimum quenque oporteret.

CONTENTIONIS ORATO-

riæ exemplum. Suadetur Cæsari ut

Saxoniae duci parcat.



ED vide in deuictis hosti-
bus quo te animo censeã
esse oportere. C. I. Cæsar,
cuius nomen quasi here-
ditarium cum imperio es affecutus,
tum cū populo Ro. libertatem eri-
pere conabatur, nullã ampliorē in
rebus à se præclarè gestis laudē esse
putauit ea, quam sibi māsuetudine,
& clemētia comparasset: Tu tantã
imperii gloriã legibus, & principū
suffragiis adeptus, nobilissimi homi-
nis supplicio omnium Germanorū

ani-

animos irritandos potius, quàm singulari māsuetudinis edito exemplo deuinciendos putabis? Ille in media belli flamma, cū L. Domitiū, Afranium, & Petreiū Pompeii duces cōprehendisset, non modo incolumes à se dimisit, sed etiam benignissimè tractauit: bello autē cōfecto Casiū, & Brutum prouinciis pręfecit: Tu, cum rebus Germaniæ constitutis, omnes virtuti tuę, non fortunę tam insignem partā victoriā attribuunt, aliqua metus significatione, aut suspitione periculi, quod ab illo tibi posset imminere, si libertati eū suę restituas, dubiū cuiusquā animū faciundum putabis, nū armis potius, quam animo superior euaseris? Ille à natura tantū edoctus alienū sanguinem exorbere immane, & beluarum

rum

rum propriū existimauit: Tu cū nō modo sis Christianis institutis imbutus, sed etiā Christianę religionis præcipuus propugnator, & auctor, intrepidis oculis nobilissimū hominem à carnifice vinctū, tanta deformatū calamitate poteris spectare, aut eius sanguinē effusū æquis oculis aspicere? vxoris eius lectissime, et honestissimæ mulieris, florētissimorum eius liberorū luctū sustinere? Vide ne vt ille immoderatā laudis cupiditatem, profusionem nimīā, atq; alia sua peccata nō tam rerum gestarū magnitudine, quàm māstuetudine & clementia obruit, & obscurauit, sic tu excellentia ista tua bona, quibus facile imperatoribus omnibus præstas, sinistra fœdes, ac deformes crudelitatis fama.

COM-

COMMORATIONIS SEV EXPO-
litionis oratoriae exemplum.



Nuictum se à labore præ-
 stat vir fortis, nullisq; vo-
 luptatū illecebris irreti-
 tur. Neq; enim sapientiæ
 suę esse putat rē omniū fallacissimā
 pertinaciter cōsectari: neq; dignita-
 tis: laboris difficultatē sustinere nō
 posse, cuius beneficio nobis certis-
 sima ad laudē via sternitur. Et quo-
 niam vna virtus omnibus rebus an-
 teponenda est, quis non eū summæ
 ignauix ac fœcordiæ cōdemnet, qui
 laboris metu fractus, aditum sibi ad
 rem omniū præstantissimā præclu-
 dat? aut non iudicet stultissimū, qui
 firmo & stabili bono neglecto, fluxā
 & caducā voluptatē amplectatur?
 At qui magno & inuictō animo est,
 quæ

quæ infra se sūt, despicit, nihil admī-
ratur, nihil optat, nihil expetit nisi
quod honestū esse arbitratur: nulli
perturbationi succūbit, ne fortunæ
quidē ipsi victas præbet manus: sed
ita animo affectus est, vt res gerere
velit magnas illas quidē, & maximè
vtilis, sed vehementer arduas, ple-
nasq; laborū, & periculorū: tū vitæ,
tū earū rerū, quæ ad vitā pertinent,
Etenim indecorū esse putat, cum se
natura nō ad otiū, aut desidiam, sed
laborē generauerit, eā ducē minimè
sequi, iter præsertim ad rē præstan-
tissimā monstratē: et cū è cœlo
animū hauserimus, eū ad pastum ac
cibū veluti pecora abiicere, nō erige-
re ad res laude dignas. Ac quē admo-
dū nō ignauissimī solū, sed stultissi-
mi etiā putādi sunt, qui cū dura ob-
sidi-

fidione premantur, potius quā militares labores perferant sui tuendi causa, mallūt se hostiū gladiis trucidādos dare, ac libidini permittere, aut in seruitutē abripi: sic qui difficultate rei necessarię fractus labori succumbit, duriorē perferre postea cogitur. Quāquā plerosq; ex iis, qui se hosti dedidissent, ab hoste accepimus humaniter tractatos: quē autē voluptas non penitūs eneruauerit, vbi se ei semel dedidisset, vidimus neminem. Vidit hoc P. Cor. Scipio, vidit Cæsar, vidit Pompeius, vidit Annibal, videre alii innumerabiles clarissimi viri, qui omne vitę suę tēpus in rebus magnis, ac laudabilibus transmittendū putarūt. Quorū res summa cum laude gestæ declarant quāto sit præstabilius se labori potius.


tius, quàm desidiæ, rerum asperitati
 bus superandis, quàm amplectēdis
 voluptatibus sese dedere. Quod si
 rebus fluxis despiciendis & suscipi-
 endis magnis nō solum magnitudo
 animi cernitur, sed etiā clarissimo-
 rū virorū locupletissima exempla
 extāt, quę id testātur, quid est quod
 dubitemus quin viri fortis sit, se à
 labore inuictum præstare, & nullis
 voluptatis illecebris irretiri?

FINIS.

Errata post editionem animaduersa.

Pa. 4. li. 8. exemplum. Pa. 20. li. numerari. 1. Pa. 28. li. 9. relinquunt.
 Pa. 33. li. 14. iis. Pa. 60. li. 3. capessendam. Pa. 69. li. 16. attollitur.
 Pa. 92. li. 6. Quin. Pa. 11. 3. suspicionem. Pa. 99. li. 1. qui in Oratore.
 Pa. 140. li. qua. Pa. 135. li. 1. posteritatem.







TOL
BIBLIOTECA

Sala
Número

R
8

TOLEDO

TECA PROVINCIA

Exemplar

no 838

Res

838